
COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
Ο ΒΙΟC
ΒΡΑΧΥC Η
ΔΕ
ΤΕΧΝΗ
ΜΑΚΡΗ

PRAXEOS MEDICAE
VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS TERTIAE VOLVMEN PRIMVM, SECTIO SECVNDA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS PHARYNGIS, OESOPHAGI ET VENTRICVLI.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIↃIↃCCCXXXV.

Defi-

Cap. VII.

De salivae secretione imminutâ, depravatâ ejusque excretione incongruâ. p. 137—148.

Cap. VIII.

De morbis dentium in genere. p. 148—169.

Den-

Cap. IX.

De dentitione prima laboriosa. p. 170—211.

Cap. X.

De dentitione secunda impedita. p. 211—233.

Cap. XI.

De dentitione praematura, serotina et aberrante. p. 233—242.

Ex-

Cap. XII.

De dentium regeneratione, numero excedente, deficiente, deque radicum anomaliis. p. 242—254.

Cap. XIII.

De dentium raritate, densitate, concretione et elongatione. p. 254—263.

Cap. XIV.

De dentium stridore et detrimento. p. 263—270.

Dia-

Cap. XV.

De jacturâ substantiae vitreae dentiumque atrophia. p. 270—277.

Cap. XVI.

De dentium vacillatione, luxatione et fractura. p. 278—288.

Cap. XVII.

De dentium decoloratione, sordibus, tartaro et mundatione. p. 289—314.

tens

CAP. XX.

De dentium evulsione et disjunctione. p. 379—389.

CAP. XXI.

De edentulitate modisque dentes resarciendi. p. 389—402.

CAP. XXII.

De morbis alveolorum. p. 403—422.

In-

Lin-

Cap. XXVI.

De lingua duplici, fissa, ligata et revoluta. p. 471—479.

Cap. XXVII.

De linguae siccitate, ardore, desquamatione, pilis, calculis, tumoribus et excrescentiis. p. 480—492.

Cap. XXVIII.

De linguae carcinomate. p. 492—501.

Cap. XXIX.

De linguae ulceribus, haemorrhagiis et vulneribus. p. 502—511.

Cap. XXX.

De glossitide. p. 512 —538.

Cap. XXXI.

De linguae dolore, spasmo, tremore, paralysi et anaesthesia deque vitiis gustus. p. 539—558.

Cap. XXXII.

De morbis ossis hyoidis. p. 558—568.

Cap. XXXIII.

De morbis faucium in genere. p. 568—589.

Vitia

Cap. XXXIV.

De anginis. p. 590—661.

Cap.

Cap. XXXV.

De aphthis. p. 662—688.

Cap. XXXVI.

De stomacace et cancro aquatico. p. 688—706.

Vol. II. Sect. 2.

DE MORBIS PHARYNGIS ET OESOPHAGI IN GENERE.

Cap. I.

De morbis pharyngis et oesophagi in genere. p. 3—13.

Cap. II.

De semiotica deglutitionis deque vitiis pharyngis et oesophagi congenitis. p. 14—18.

Moni-

Cap. III.

De laesionibus pharyngis et oesophagi ex morbis partium contiguarum. p. 19—46.

Cap. IV.

De obstructione pharyngis et oesophagi ex peregrinis inhaerentibus. p. 47—63.

Cap. V.

De pharyngis et oesophagi vulneribus et haemorrhagiis. p. 63—69.

Notio-

Cap. VI.

De inflammatione pharyngis et oesophagi. p. 70—79.

Cap. VII.

De pharyngis et oesophagi suppuratione, ulcere simplici, gangraena et marcore. p. 80—88.

Cap. VIII.

De pharyngis et oesophagi adhaesionibus morbosis, hypertrophia, crassitié, callositate et lithiasi. p. 89—103.

Cap. IX.

De pharyngis et oesophagi polypis, steatomatibus, verrucis, scirrho et cancro. p. 103—117.

Cap. XIII.

De abdominis vitiosa conformatione, situ alieno viscerum, hernia abdominali et morbis umbilici. p. 169—195.

Cap. XIV.

De morbis ventriculi generatim. p. 195—211.

Cap. XV.

De ventriculi vitiis congenitis deque illius forma et situ abnormibus. p. 212—239.

Cap. XVI.

De ciborum appetitu laeso. p. 240—298.

Cap. XVII.

De laeso potus appetitu. p. 298—333.

Mo-

Cap. XVIII.

De dyspepsia. p. 334—368.

Cap. XIX.

De dolore epigastrii, cardialgiá videlicet et neuralgiá coeliaca. p. 368—425.

Lite-

CAP. XX.

De ruminatione humana. p. 426—443.

Cap. XXI.

De nausea, vomendi conatu et vomitu. p. 444—521.

Cap. XXII.

De haematemesi et morbo nigro Hippocratis. p. 522—573.

Dia-

Cap. XXIII.

De gastritide. p. 573 — 617.

Cap. XXIV.

De suppuratione et fistula ventriculi ejusdemque adhaesionibus morbosis. p. 618 — 626.

Caus-

Cap. XXV.

De ventriculi marcore, hydrope, polypis, induratione et concrementis. p. 626 — 642.

Cap. XXVI.

De morbis carcinomaticis ventriculi. p. 642 — 670.

Cap. XXVII.

De perforatione ventriculi. p. 671 — 687.

Ga-

DE MORBIS
PHARYNGIS ET OESOPHAGI.

Caput I.

De morbis pharyngis et oesophagi in genere.

§. I.

Doctrinae momentum. Literatura.

1. Res magna *morbi pharyngis et oesophagi!* eorum enim culpâ ea, quae accepta sunt ore, plerumque haud sine offensa ac querela, recta via, in ipsum ventriculi fundum illabi nequeunt, sed in ipso potius aditu pertinacius haerent, atque incocta et inconfecta protinus redduntur; quamobrem nulla stomacho ruenti fultura accedit, quin potius lenta tabes vitales liquores exhaurit, artusque ipsos crudeli edacitate tandem depascitur [1]). Est praeterea tam angusta ad stomachum via, et tam longa, perque diversas corporis humani partes ducta [2]), ut ei, etsi primo intui- Doctrinae momentum.

1) Triller, loco citando.

2) Instrumenta deglutitionis eorumque officia, praeter compendia anatomica et physiologica, optime illustrata sunt ab Hallero (elementa physiologiae T. VI. Lib. XVIII. Sect. IV), Walthero (diss. de deglutitione naturali et praepostera. 1737), Albino (diss. de deglutitione. Lugd. Bat. 1740), J. Bleulandio (loco citando), Wentzio (diss. de deglutitionis mechanismo. Erlang. 1790) et Sandiforto

intuitu, monente jam Galeno [3]), tutissimae, undique insidiae struantur.

2. In-

(de deglutitionis mechanismo verticali sectione narium oris, faucium illustrato. Lugd. Bat. 1805).

3) De usu partium. Lib. VI. c. v. („Huic autem dissimili via atque opposita ductum superne deorsum oesophagum quod per ipsum velut viam cibus ab ore ad ventriculum delabitur, quo loco thoracis maxime conveniebat, in eo ipso natura constituit. Atque mihi jam attendas animum velim, probaturum enim me profiteor, non hujus modo *oesophagi transitum per thoracem pulcherrime esse communitum*, sed etiam sine cujusquam spiritus instrumentorum offensa. Nam pulmonem ipsum, et cor, et totum denique thoracem cum omnibus, quae ipso continentur, arteriis motum, dum dilatarentur ac comprimerentur, habere oportebat undequaque liberum, ipsumque oesophagum non per medium thoracis sinum amplum quasi suspensum elabi, sed *in secura aliqua sede conquiescere.* Haec igitur utraque, et spiritus instrumentis omnis molestiae carentiam, *et summam oesophago commoditatem, ex opportuna ipsius positura natura mirabiliter suppeditavit.* Nam spinae vertebris invectus ac colligatus totum ita permeat thoracem, cum positurae totius stabilitate et securitate hoc assecutus, ut nullum cordi, neque pulmonibus, neque earum denique cuiquam, quae thorace continentur, partium negotium exhibeat. Et quidem ipsa quoque obliqua positura magis te docebit, naturam duo haec intuitam, nec ubi scilicet spiritus instrumentis quippiam esset molestiae, neve ipse quid offenderetur, hanc ei patefecisse viam. In mediis enim ad perpendiculum quatuor primis dorsi vertebris extenditur nusquam cursum inflectens, ut qui, praeterquam quod nullam thoracis particulam ex hujusmodi situ esset arctaturus, *sedem etiam securam potissimum habiturus erat*, ut *jam ab omni externa offensione sit tutissimus.* Quum enim parte ipsius posteriore una cum vertebris opponantur spi-

2. Insidias eiusmodi primum manifestarunt Hippocrates [4]), Celsus [5]), Aretaeus [6]), Caelius Aurelianus [7]), Aetius [8]) et Galenus [9]). — *Arabes* nec hilum progressi sunt [10]). Inter instauratores medicinae [11]), de doctrina morborum pharyngis et oesophagi inprimis bene meruit Fernelius [12]). Secuti sunt Th. Bonet [13]), Fr. Hoffmann [14]), Literatura.

nae processus, quos apices seu spinas nominant, anteriori autem sternum atque totum quod in thorace est spatium: patere arbitror, nihil, quod extrinsecus ipsi incidat, neque vulnerare ipsum, neque contundere posse, quum tot atque ita fortibus propugnaculis undique sit stipatus.")

4) De morbis. Lib. III. cap. X. XII. — Aphor. XXVI. Sect. III. — Epidem. III.

5) De med. Lib. IV. cap. IV. §. III. Lib. VIII. cap. XIV.

6) De curation. morbor. acut. Lib. I. Cap. IX. — De causis et signis acut. morb. Lib. II. cap. III.

7) De morbis chronicis. Lib. III. cap. II.

8) Tetrab. II. Serm. IV. cap. XLVII.

9) De locis affectis Lib. IV. cap. III. — Lib. V. cap. V. — De symptomat. caus. Lib. III. cap. II.

10) Freind (*histoire de la médecine* etc.) *Arabum* circa doctrinam morborum pharyngis et oesophagi meritum extollere conatur; ast jure reprehenditur a Bleuland (op. citando): de quo argumento K. Sprengelii pathologiam generalem p. 461. inspicere juvabit.

11) Quantum Schenk a Graffenberg, Hollerus (Houlier), J. Heurnius, J. Riolanus, F. Platerus, Fr. Sylvius, Zacutus Lusitanus, Ettmuellerus etc. ad locupletandam doctrinam nostram contulerint, passim palam fiet. Videatur quoque Moro Directorium medico practicum, sub vocabulis: deglutitio, fauces, gula.

12) Opp. Pathologia. Lib. IV.

13) Sepulchret. anatomic. Lib. III. Sect. IV.

MANN [14]), SCHURIG [15]), H. BOERHAAVE [16]), I. F ZIESNER [17]), MAUCHART [18]), VAN SWIETEN [19]) VATER [20]), HAEN [21]), D. W. TRILLER [22]), I OSTERDYK SCHATT [23]), I. B. MORGAGNI [24]), FR BOISSIER DE SAUVAGES [25]), A. VOGEL [26]), HONKOOP [27]), SAGAR [28]) et BLEULAND [29]). Corona autem

14) Diss. de morbis oesophagi. Hal. 1722. — Med. ration system. T. IV. Sect. II. cap. V.

15) Chylologia historico medica. Dresd. 1725.

16) Aphorism. de cogn. et cur. morbis. §. 797. 818. 819. locisque citandis.

17) Rarus oesophagi morbus. Regiomont. 1732. Continetur in HALLERI Collect. Disputat. pract. T. VII.

18) Diss. de struma oesophagi hujusque coalitu, difficilis et abolitae deglutitionis causis. Tübing. 1742. continetur in HALLERI Collect. disput. chirurg. T. II. No. 49.

19) Comment. in aphorismos BOERHAAVII T. II. §. 797. 818. 819.

20) Diss. de deglutitionis difficilis et impeditae causis abditis. Wittemb. 1750.

21) Diss. de deglutitione, vel deglutitorum in cavum ventriculi descensu impedito. Hagae. 1750. Continetur in HAENII opusc. posthum. ab EYEREL publici juris factis. Vindobon. 1795.

22) Diss. de fame lethali ex callosa oris ventriculi augustia. Wittemb. 1750. Continetur in HALLERI Collect. disput. pract. T. III.

23) Institutiones medic. pract. Ultraj. 1753. Lib. VI. Cap. XII.

24) De sedib. et causs. morbor. T. II. Epist. XXVIII.

25) Nosolog. method. Cl. VII. Ord. III. Gen. XVII.

26) Praelectiones academicae de cognoscendis et curandis praecipuis corp. hum. affectibus. Goett. 1772.

27) Specimen inaugurale de morbo oesophagi inflammatorio. Lugd. Bat. 1774.

tem MATH. VAN GEUNS reservata fuit, utpote quaestionibus a societate literarum Haarlemensi pro praemio propositis [30]), optime respondenti [31]). Accessit A. P. NAHUYS [32]). Excoluere dein doctrinam, de qua agitur, C. F. LUDWIG [33]), I. B. BORSIERI [34]), G. G. PLOUCQUET [35]), I. E. WICHMANN [36]), F. B.

28) System. morbor. symptomaticum. Viennae 1776. p. 387 —390.

29) Specimen acad. inaugural. de difficili aut impedita alimentorum depulsione. 1780. Cujus epitome apparuit in libro *Genees-Natur- en Huishoudkundig Kabinet uitgeeven door* J. VOEGEN VAN ENGELEN *te Leyden. Deel* 2. p. 209. Versio germanica contenta est in *Samml. auserl. Abhand. für prakt. Aerzte* B. 9. p. 676. — Porro: Observationes anatomico-medicae de sana et morbosa oesophagi structura. Cum figuris. Lugd. Bat. 1785. Versio germanica in BLEULAND's *anatom. med. Schriften über einige Krankheiten der Verdauungswerkzeuge. Breslau* 1801. p. 1.

30) „Quaenam caussae sunt letiferae illius deglutiendi difficultatis, quae lentius in oesophago oriri solet? — Unde accidit, quod morbus nunc frequentior, quam antea, praecipue in Belgia observetur? — Quibus remediis illi morbo occurrendum et medendum?"

31) *Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem. Deel* 2. *St.* 1. *Bl.* 1. Versio germanica, quam sequor, exstat in *Samml. ausserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 4. *St.* 1. *p.* 166., *St.* 3. *p.* 365.

32) *Verhandel.* cit. bl. 177. — Versio germanica, quam citabo, eodem loco St. 1. p. 3. invenitur.

33) Primae lineae anatomico-pathologicae. Lips. 1785. p. 38.

34) Institutiones medico-pract. 1789. Vol. IV. Pars altera. cap. I.

35) Diss. medica qua dyscatabrosis, pharyngo oesophagea thliptica, choeradica casu illustratur. Tübing. 1792.

F. B. Lentin [37]), M. Baillie [38]), F. G. Voigtel [39]), J. H. F. Autenrieth [40]), A. Monro junior [41]), G. Kunze [42]), R. Fletcher [43]) aliique [44]), in curriculo hujus tractatus adhuc citandi.

§. II.

36) *Ideen zur Diagnostik.* 1794. Edit. 2. *B.* 2. p. 162.

37) *Beyträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft. B.* 2. 1798. *p.* 209.

38) *Series of engravings to illustrate the morbid anatomy. Lond.* 1799. *Fasc.* 3. *Tab. IV.* — Soemmerring *Anmerkungen zu* Baillie's *Anatomie des krankhaften Baues. Neue Aufl. Berlin* 1820. p. 51.

39) *Handb. der pathologischen Anatomie. B.* 2. *Absch.* 12.

40) Diss. de dysphagia lusoria. Tübing. 1806. Continetur germanice in Reil's *Archiv für die Physiologie. B. 7. p.* 145. et latine in Brera sylloge opuscul. T. VIII. p. 110.

41) *On the morbid anatomy of the human gullet, stomach and intestines. Edinb.* 1813. *Second edit.* 1830.

42) Diss. de dysphagia inprimis oesophagea. Lips. 1819. — De dysphagia commentatio. Lips. 1820.

43) *Medico-chirurgical notes and illustrations. Part. I. Lond.* 1831 (*on strictures of the oesophagus and the danger of the bougies*). Vide Hildebrand in Graefe *und* Walther *Journal der Chirurgie u. Augenheilk. B.* 18. *Heft* 2. p. 315.

44) Spies diss. de deglutitione, eius laesione et therapia. Helmst. 1727. — van Lil de angina scirrhosa. Lugd. Bat. 1760. — Schneider de polypo gulae. Delit. 1762. — Graeffe de callosa excrescentia oesophagum obstruente. Altdorf. 1764. — Gyser de fame lethali e callosa oesophagi angustia. Argentor. 1770. — Haase diss. de causis difficilis digestionis. Goetting. 1781. — Brands-Schippers diss. de deglutitione difficili. Gies. 1786. — Engelhard casus dysphagiae. Lundae 1796. — Kneppelhout sectiones cadaverum pathologicae. Lugd. Batav. 1805. — Hünersdorff specim. inaug. de dysphagia, seu de quibusdam morbis

§. II.

Errores commissi. Melior ordo.

1. Suum cuique antecessorum tribuendo, fateri nihilominus adigimur, maximam eorum partem, et praecipue compendiorum de praxi medica auctores, vituperandos esse, quod doctrinam de morbis pharyngis et oesophagi unis capitibus de faucium phlogosi et de dysphagia comprehenderint: idem enim hoc est ac si universa ophthalmologia capitibus de oculorum inflammatione et de coecitate absolvi, huicque staphyloma, cataracta, glaucoma, amaurosis etc., ut species unius eiusdemque morbi, submitti vellet. — Quid praeterea haec *dysphagia* 1)? Etymologiae 2) habita Errores commissi.

oesophagi chronicis. Lugd. Bat. 1806. — Etienne *considérations générales sur les causes, qui gênent ou empêchent la déglutition. Paris* 1806. — Stoecker diss. de dysphagia. Duisb. 1807. — Histemacher diss. sistens dysphagiam singularem. Groning. 1807. — Schmalz *diagnostische Tabellen. Dresd.* 1808. *Tab.* 29. — Haselberg progr. de deglutitione impedita. Gryphiswald. 1810. — Jourdan *diction. des sciences médicales T.* 10. p. 435—446. — A. J. D. Winne diss. exhibens nonnullos casus dysphagiae in nosocomio academico observatos. Götting. 1818. — J. C. Sattig diss. de deglutitione difficili. Berol. 1826.

1) *Synonyma.* Dyscataposis (a δυς male, et καταποσις, deglutitio); Acataposis; Acatabrosis; Aphagia; Aglutio; Oesophagismus. Gall. *Difficulté d'avaler, engouement, dysphagie.* Germ. *Schwerschlingen, erschwertes, verhindertes Schlingen.* Angl. *Pain or obstruction in Swallowing.* Belg. *Belette doorzwelging.*

2) A δυς, male, et φαγειν, manducare et comedere.

bita ratione, morbos quot quot manducationem e deglutitionem laedunt comprehendere deberet [3]) modo autem solum ad *deglutitionem impeditam* ve *deletam* designandam adhibetur, et quidem: juxt SAUVAGES ubi ea cum dolore sine notabili respi rationis laesione obvenit [4]), — juxta CULLEN ub sine respirationis laesione vel phlegmasia appa ret [5]), — juxta J. P. FRANK sine ambaginibus [6] — juxta BORSIERI absque respectu ad sedem im pedimenti [7]), — juxta MASON GOOD loci affect summa habita ratione [8]), — juxta A. VOGEL i quan

3) „Deglutitio difficilis, impedita male ab aliis dysphag dicitur. Haec etenim appellatio comestionis difficultate designans ad universi negotii quod capiendos cibos att net impedimenta, adeoque non modo ad deglutitionem se et ad assumtionem ciborum et manducationem specta quae tamen functiones sunt diversae, quarum vitia om nino separatim considerari debent" (PLOUCQUET l. c.).

4) l. c. („Difficultas et dolor est deglutitionem concomitan et non raro impediens, sine notabili respirationis laesion unde ab angina (dysphagia) discrepant").

5) l. c. („Molestia deglutitionem impediens, sine respiratio nis laesione vel phlegmasia").

6) „Mihi quidem dysphagia est, vel molesta, vel prorsu impedita, aut fluidorum, aut solidorum, aut utrorumqu simul, vel per oris cavum, vel pharyngem, vel oesopha gum, in ventriculum depulsio" (Ex Schedis paternis.).

7) l. c. („Difficilis aut impeditus alimentorum, potusve p oesophagum in ventriculum descensus").

8) *The study of medecine Vol. I. Cl. I. Gen. III.* („*The orga chiefly concerned in the act of Swallowing are the tongu the parts composing the fauces, and the oesophagus: all which, when diseased, may produce impeded deglutitio*

quantum vitium ex affectione oesophagi pullulat [9]; — juxtaque KUNZE quatenus ex morbo sive pharyngis sive oesophagi emergit [10]. — Sed aegritudine qualicumque demum modo pro *dysphagia* definitâ, quid impetratum? Nihil sane nisi effectus multis diversissimisque morbis communis determinatus est [11]. Nunc solum gravissimum negotium, dysphagiae *speciem* determinandi, incipit; hac enim in re quammaxime dissentiunt nosologi [12]. Nec tales

and consequently lay a foundation for various species under this genus").

9) l. c. („impeditae deglutitionis nomine primo illud vitium miserabile mihi significatur, ubi deglutitis rebus descensus in ventriculum denegatus est sic, ut in oesophago alicubi, data obice, adhaerescant atque non nisi vi ac molestia in ventriculum depellantur").

10) l. c. („Dysphagia est morbus, in quo vel pharyngis, vel oesophagi, vel utriusque officium a qualibet caussa ita jacet, ut ingesta aut plus minusve retineantur, aut delabantur in ventriculum").

11) „*La dysphagie n'est donc point, à proprement parler, une maladie, et ne doit être considérée que comme un symptôme toujours alarmaut, il est vrai, de celles auxquelles les organes chargés de la déglutition sont exposés.*" JOURDAN l. c.

12) SAUVAGES (l. c.) Stabilivit dysphagiam spasmodicam, hystericam, paralyticam, pharyngeam, oesophageam, lactentium, tussiculosam, hydrophobicam, nauseosam, a deglutitis, a datura, a sarcomate, caninam et Valsalvianam. — SWEDIAUER (novum nosolog. methodic. systema. T. 1. p. 514) dysphagiam (illi dyscataposiam) dividit in muscularem, maxillarem, lingualem, palatinam, laryngeam, pharyngeam, oesophageam et gastricam. — MASON GOOD

tales dysphagiae species stabilire erubescunt, quae nequidem deglutitionis difficultate stipantur[13])!

Melior ordo. 2. Ambaginibus hujuscemodi finem imponamus

(l. c.) dysphagiam agnoscit constrictam, atonicam, globosam, uvulosam, et linguosam. — WICHMANN (l. c.) bifariam constituit dysphagiam alteram idiopathicam, alteram sympathicam. — KUNZE (l. c.) dysphagiam dividit primum in pharyngeam et oesophageam, secundo in organicam et dynamicam. Dysphagia organica illi est a strictione, ab obstipatione, et a compressione; dynamica, aut cum adaucta sensibilitate (congestio, inflammatio, spasmus), aut cum imminuta sensibilitate (stagnatio, paralysis, gangraena et sphacelus).

13) „Sed nonne exulandi sunt e dysphagiae ditione illi oesophagi affectus, quibuscum conjunctus est *facilis alimentorum in ventriculum descensus*? Nonne reniti videtur illud signum etymologiae verbi dysphagiae? Nonne certe illud nomen est mutandum? — Neutiquam respondeo. Nam hoc modo affectiones maxime affines, ex. gr. paralysis fibrarum transversarum et longitudinalium separarentur ut morbi distincti generis. Neque mutandum nobis videtur nomen; particula etenim δυς, primo quidem sensu: aegre, difficulter significat; dein vero etiam sensum reddit α privativi. Derivatum autem illud a verbo φαγειν non ingestorum in ventriculum descensum, sed munus illud pharyngis et oesophagi naturale rite designat, quod deglutitionem appellamus, quodque consistit in motu illorum organorum peristaltico, quo nutrimenta, praeterquam, quod in ventriculum devehuntur, simul variis humoribus, digestionem praeparantibus imbuuntur. Abesse aut impediri itaque potest motus ille organorum deglutitionis peristalticus, supprimi potest ista glandularum secretio, et tamen non impeditur ciborum ac potuum descensus." KUNZE Comment. p. 14.

mus non quidem adpellationem *dysphagiae* exuando (ad difficultatem enim vel impotentiam leglutiendi singulo verbo designandam perbelle inservit, et praeterea vocabulum technicum ad morbum primo intuitu salutandum requiritur), sed loctrinam de morbis pharyngis et oesophagi, neclum ut decet excultam [14]), *meliori ordine* exponendo. Ante omnia oculi ictum in *semioticam deglutitionis* conjiciamus. Sequitur *enumeratio vitiorum congenitorum*, quibus instrumenta deglutitionis subjiciuntur. Annectitur *consideratio laesionum pharyngis et oesophagi ex morbis partium illis contiguarum*. Devenitur ad *obstructionem pharyngis et oesophagi ex peregrinis iis inhaerentibus*; nec non ad eorum *vulnera* et *haemorrhagias*. Re huc perducta en tractatus *de pharyngis et oesophagi inflammatione, suppuratione, ulceribus simplicibus, gangraena, marcore, ruptura, adhaesionibus morbosis, hypertrophia, crassitie, callositate, lithiasi, polypis, steatomatibus, verrucis, scirrho, cancro, perforatione, plicis, dilatatione, hernia, paralysi et spasmis.*

CAPUT

14) „. . . quantum mihi innotuit nihil, quod universum morbum spectet, publici juris factum. — Tantum enim abest, ut compendia pathologica recentiora hujus morbi historiam absolverint, ut potius plurima ne verbum quidem de dysphagia exhibeant.“ KUNZE l. c. p. 10.

Caput II.

De semiotica deglutitionis deque vitiis pharyngis et oesophagi congenitis.

§. III.

Semiotica deglutitionis.

Monitum.

1. In morbo graviori, praesertim acuto, ne ab aegroto recedas, quin, exhibito ei vel potu vel medicamento, exploraveris, quo pacto *deglutitionis negotium* absolvitur.

Deglutitio difficilis et rapida.

2. Ut enim in morbis *bona* est *deglutitio*, quae ex facili fit, sic *difficilis* semper terribilis esse solet; maxime si aeger ne *potionem* quidem *deglutire* valeat [1]), et non nisi post spiritum longum, ructuosum et convolutatum, tussim, et aliquam quasi revocationem [2]). — Deglutitio *raptim peracta*, convulsionem, phrenitidem, et haud raro gravissima mala portendit [3]). Sin vero in febribus acutis *collum pervertitur* [4]) sic, ut deglutitionem impediat, neque quis faucium tumor subest, suffocatio et mors instat.

Deglu-

1) Hippocrates Coac. §. IV.

2) Vogel l. c. aphor. 429. — Gruner Semiot. physiol. et patholog. p. 308.

3) Gorter Prax. T. II. Lib. II. 313. p. 28.

4) Hippocrates Aphor. IV. 35. Coac. §. II.

3. *Deglutitio sonora*, seu strepitus in pec- **Deglutitio sonora;**
ore inter potandum et comedendum perceptus ab alio strepitu pectoris, qui pulmones obsidet, robe distinguendus) inter pessima signa enitesit, nisi a ventriculi et intestinorum vacuitate, iuturno ieiunio, itemque a minus apposito corporis aegri situ proficiscatur, aut si aegris imecillis accidit, qui capite reclinato bibere et multum aërem una haurire coguntur. Pejor et mors praenuncius ille strepitus est, si stuporem ac esolutionem nervorum sequitur. Pessimus vero mnium, qui post convulsiones horrendas oritur [5]).

§. IV.

Vitia congenita.

1. In monstris non solum, sed etiam in aliis [1]), **Oes. defectus; duplicitas.**
esophagus aliquando *desideratur*. *Duplex* obveire solet in bicephalis [2]) inque iis qui hepate uplici instructi sunt [3]).

2. *Di-*

5) Hippocrates Epidem. Lib. VII. 27.

1) Colomb *Oeuvres medico-chirurgicales. Paris* 1793. (Cfr. Reil's *Archiv für Physiologie. B.* 4. *p.* 213.) — Gilbert *Sammlung von Beobachtungen und Krankengeschichten p.* 97. — Sonderland *Beobachtung eines gänzlichen Mangels der Speiseröhre (von der Gegend des dritten Rückenwirbels an bis zum Magen) bei einem neugebohrnen Kinde.* — Harless *Rheinische Jahrbücher der Medicin u. Chirurgie B.* 1. *p.* 198. — *Merkwürdiger Fall eines Kindes, welches mit gänzlich fehlendem Oesophagus geboren wurde und acht Tage lebte; in* Hufeland *Journ. der prakt. Heilk.* 1820. *Aug. p.* 133.

2) Voigtel. l. c.

3) Otto *Handb. d. patholog. Anatom. Bresl.* 1814. p. 255.

Oes. divisio; occlusio.

2. *Divisus* et in insulam rediens, oesophagus in recens nato ceterum bene formato [4]); atque in infante quinque annorum, deglutitione difficili laborante [5]), raro fuit spectaculo. Visus est oesophagus dumtaxat ad pollicem unum cum dimidio apertus, et dein ut filum tenue ad diaphragma, ubi terminabatur decurrens [6]). Nec desunt oesophagi, congenitâ *atresia* [7]) laborantis, exempla [8]). Item exemplum *polypi pharyngis* congeniti *).

Oes. defl.; term. abnorm.

3. Oesophagus interdum *a recto tramite deflectit* [9]), et dextro ventriculi latere inseritur*).

4) Blasius Observat. medic. rarior. Amstelod. 1677. Tab. XV. fig. 7.

5) Blasius l. c. p. 53. Tab. VI. fig. 2. („in infante quinque annorum, die 10. Aprilis 1660. oesophagum invenimus maxima ex parte divisum, a costa nempe superiore sic, ut materiae deglutiendae duplex daretur via. Ductus tamen hic, ut erat in principio simplex, sic iterum, ubi ventriculo vicinus".)

6) Roederer De foetu parasitico. In Commentar. Soc. R. Goett. T. IV. — J. F. Meckel *anat. Patholog. B.* 1. p. 494.

7) Ex *α* privativo et *τρησις*, perforatio.

8) Dysphagia ex atresia Hünersdorfii l. c. cfr. *Comment. of Edinburgh.* Vol. 2. p. 249.

*) Cap. IX. §. XXVI. Nr. 1.

9) Hesselbach *Beschreibung der pathologischen Präparate welche in der k. anatom. Anstalt in Würzburg aufbewahrt werden. Giessen* 1824. p. 269 („*Die Speiseröhre läuft mehr auf der rechten Seite der Wirbelsäule herab zu der Bauchhöhle und erweitert sich schnell im rechten Hypochondrium um den Magen zu bilden dessen Grund wir in derselben Gegend finden*").

ur *). Haud raro monstrorum ille non in ven-
riculum sed in *saccum caecum desinit* [10]). Infans
tero exclusus, quum sine suffocationis periculo
utrimentum capere haud potuerit mox fame
eremtus, oesophagum et tracheam, saccum com-
unem efformantes exhibuit [11]).

4. Quoties itaque recens nati aut deglutire Conclusio.
equeunt, aut suffocationem incurrunt, quin id
ıt a morbis linguae, palati, columellae, veli
alatini, tonsillarum jam recensitis [12]) et obviis,
aut

*) Sampson *Philosophical Transact. Nr.* 107. *T.* 9. p. 746.

10) Marrigues *mémoire présenté* etc. *T.* 4. p. 123. — Klein specim. inaug. sistens monstror. description. Stuttg. 1793. Brodie in *Journal de méd.* 1810. *Octobr.* p. 281. — Pagenstecher *seltene angeborne Missbildung des Schlundes und Magens, nebst Abbildung*; in E. Siebold *Journ. für die Geburtshülfe* etc. *B.* 9. *St.* 1. p. 113—126 („*Es endete nämlich die Speiseröhre etwas über der Stelle, wo sich die Trachea in ihre beide Bronchialäste theilt, blind abgerundet, übrigens war sie regelmässig gebildet und hatte vom Schlundkopfe an eine Länge von einem Zoll und zwei Linien. Die Communication derselben mit dem Magen war also hier durchaus unterbrochen, und nur durch ein zellig-fibröses Bändchen angedeutet, das sich von dem am Magen befindlichen Theil der Speiseröhre an das obere blindendende, vom Schlundkopf herabhängende Stück derselben aufsteigend, an dessen vordere Wandung anheftete*"). — Memorabilis quoque ille casus est, ubi, oesophago in saccum coecum desinente, ventriculus cum trachea communicabat (*London medical Repository. May* 1827. p. 455.)

11) Richter diss. de infanticidio in artis obstetriciae exercitio non semper evitabili. Lips. 1793. Cfr. Stark's *Archiv für Geburtshülfe B.* 4. *p.* 675.

aut ab abnormi decursu arteriae subclaviae dextrae [13]), aut a prava structura laryngis et praecipue epiglottidis [14]) repeti possit; mox ad indicata vitia congenita oesophagi, *dysphagiam* sic dictam *lactentium* [15]) constituentia, cogitandum est. — Eorum praesentia a peculiari rumore ex imis faucibus emergente, ab eructatione muci per nares, a tussi et a pectoris angustia, nec non a denegata introductione specilli flexilis exploratorii [16]), etsi tenuissimi, in gulam, confirmatur. Mirum est aegrotulos eiusmodi interdum sanorum instar meconium et urinam deponere [17]). — Per se patet vitia congenita oesophagi, si *polypum pharyngis* excipias [18]), artis medicae conamina eludere. Misera vita dumtaxat per *clysteres* perque *balnea*, ex *lacte* tepido, quodammodo sustineri licet.

CAPUT

12) P. III. Vol. I. Sect. I. 13) Cap. III. §. IX. Nr. 4.

14) P. II. Vol. II. Sect. I. cap. I. §. II. 2.

15) SAUVAGES l. c. Spec. 6. praeeunte BONET l. c. obs. 5.

16) Cap. III. §. VIII. Nr. 4. 17) PAGENSTECHER l. c.

18) Ligatura enim auferri potest. Cfr. Cap. IX. §. XXVI.

Caput III.

)e laesionibus pharyngis et oesophagi ex morbis partium contiguarum.

§. V.

Argumentum generatim.

1. Si nexum perpendamus quem *pharynx* [1]) embranarum, musculorum et telae cellulosae ope ım cavitatibus narium, osse cuneiformi et occipitali, ɜrtebris cervicis, maxilla inferiori, genis, velo ılatino, processu pterygoideo, apophysi stilirmi, lingua, osse hyoide, larynge, glandula yreoidea et tubis Eustachii, aeque ac *oesoıagus* [2]) cum vertebris thoracicis, glandulis ter earum quartam et quintam positis, trachea, euris, aorta, corde, pulmonibus, diaphragma-, ventriculo, omento, hepate et liene habent; cile intelligetur imperium, quod illarum partium

Consideratio phar. et oesoph.

B 2

1) „*Pharynx* modo pro larynge dicitur, ut apud Timaeum, Hipp. in vet. med. Galenum de usu partium Lib. VIII. modo pro Pharynge Galen. ad tertium prognost. Oribas. p. 208. Pollucem p. 254. ubi pro broncho laryngem habet. *φαρυγγετρον* dixit Aretaeus cur. acut. L. 61. c. 7. Et ἡ *φαρυγξ* dicitur et ὁ *φαρυγξ* Hofmann institut. medicae. p. 189." Haller l. c. §. IV.

2) *Synon.* Stomachus (apud veteres). Gula. Rumen.

tium morbi in dicta deglutitionis instrumenta exercent.

Distinctio. 2. Obvium illud est imperium respectu ad *polypos cavitatum narium* [3]) et vitia *dentium* [4]), *linguae* [5]), *ossis hyoidis* [6]), *palati* [7]), *veli penduli* [8]), *uvulae* [9]), *tonsillarum* [10]), *corporis thyreoïdei*

3) J. MEEKREN observ. med. chirurg. Amstel. 1682. cap. XII. — M. B. VALENTINI ingens narium polypus deglutitionem praepediens. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. A. 5. 1686. p. 187. — De fungo, et polypo sinus maxillaris dysphagiae causa; vide: PLAINAUD in DESAULT *auserles. chirurg. Wahrnehm. B.* 1. *nr.* 11. et HUFELAND *neuste Annalen der franz. Arzneyk. B.* 2. p. 138. — SANDIFORT Museum anatomic. Vol. II. Tab. XXX. — CANOLLES in *Recueil périodique de la societé de médecine de Paris. T.* 2. *Nr.* 9. — SYLVI in *Recueil des actes de la societé de santé de Lyon.* T. 1. p. 119.

4) TARANGUET in *Journ. de médecine T.* 68 (Sublata dysphagia a dentis incisoris ablatione).

5) Ephemer. nat. cur. dec. III. ann. 3. obs. 157. — RIEDLIN Milenarius Nr. 699. — TODE in Act. R. soc. med. Havniens. Vol. IV. p. 182. Cfr. operis mei P. III. Vol. I. Sect. 1. cap. XXV—XXXI.

6) Ex eius luxatione celebrata *dysphagia Valsalviana* oritur; de qua abunde dictum est in P. III. Vol. I. Sect. I. cap. XXXII.

7) SEVERINUS de recondita abscessuum natura Francf. 1643. p. 191 (Excrescentia maxima). — BONET l. c. obs. 2. — MORGAGNI Op. c. Epist. XLVIII. art. 60. — FLACHSLAND obs. patholog. anatom. Rastad. 1800. p. 40. (Deficiens). — KLEIN in B. SIEBOLD *Samml. chir. Beobacht. Rudelst.* 1805. *B.* 2. p. 24 (Exostosis). — *Journal de médecine T.* 45 (Destructum). — RUST *Magaz. für die gesammte Heilk. B.* 25. p. 276 (Tumor).

eoidei[11]), *glandularum maxillarium internarum*[12]), *liarumque inferiorum*[13]) *nec non colli*[14]); secus autem

8) Ploucquet diss. sistens memorabile exemplum dyspnoeae et dyscatabroseos hyperoicae. Tub. 1797.

9) Ephem. acad. nat. curios. dec. II. ann. 5. obs. 5. ann. 7. obs. 214. J. P. Lotichius consil. et obs. med. Ulm. 1644. Lib. V. cap. V. obs. 2. 3. 4. — Salmuth obs. med. Brunsw. 1648. Cent. III. obs. 6,

10) Desgranges in *Journ. de médec. continué. Vol.* 4. p. 115. 199.

11) Bonet l. c. obs. 11. — Nova acta acad. nat. curios. Vol. V. p. 84 — Meekren l. c. — Saviard *Heelkundige Wahrnehm. Nr.* 91. — Haen l. c. obs. 2. — J. Voegen van Engelen in nota ad Bleuland l. c. — van Geuns l. c. p. 398. obs. 4. — Wathen in *Mem. of the medical society of London Vol. I.* (quo cum auctore minime consentio, quatenus asserit, inter decem dysphagiae exempla novem a tumore glandulae thyreoideae oriri. Cf. P. II. Vol. 2. Sect. I. cap. VI. §. XXIII. Nr. 1); — Gendron *Krebs der Schilddrüse, Caries des Ringknorpels und doppelte Durchlöcherung des Oesophagus*; in Behrend *allgem. Repert. der med.-chirurg. Journalistik des Auslandes.* 4. *Jahrg.* 1833. *Nr.* 10. p. 70.

12) Morgagni op. c. Epist. XXVIII. 9. Ex Valsalva („glandula dura, habebat ad latus internum materiam albuminis similem. Plures autem in pharynge et ad summum laryngem tumores conspiciebantur, qui carcinomatis habebant naturam").

13) Van der Serre *Pratyk der medicynen.* 70. *Anm.*

14) De tumore scrophuloso sub musculo colli longo latente et oesophagum comprimente lege *Breslauer Sammlungen* 1722. p. 399. — Casum quoque memorabilem refert Martini in Rust *Magazin für die gesammt. Heilk. B.* 19. *Heft.* 3. p. 433. — Alterum in Schedis Patris descriptum invenio: „Dysphagiam observavi anno 1787 in muliere ad clinicum institutum Ticinense suscepta. Haec aegrota ex

autem quoad morbos *laryngis*, *tracheae*, *pulmonum*, *vertebrarum*, *glandularum oesophagum ambientium*, *thymi mediastini posterioris*, *pericardii*, *cordis*, *vasorum majorum*, *diaphragmatis*, *ventriculi*, *hepatis* et *lienis* peculiarem igitur exposcens explicationem [15]).

§. VI.

Morbi laryngis, tracheae et pulmonum.

M. laryngis. 1. Phthisi laryngea laborantium, sub propriae adeo salivae deglutitionis nisu, aerumnas dipinximus [1]), dipinxerunt alii [2]). Nec secus a tanto

peripneumonia restituta videbatur, quum de dolore sub opere deglutitionis, sed faucibus quidquam profundiore conqueri inciperet. Tumor simul aderat in colli sinistro latere, sed fauces minime rubentes aut impeditae videbantur. Brachium sinistrum et mamma hujus lateris tumore oedematoso turgebant. Tandem et spiritu et inedia suffocata periit. Sub sectione cadaveris, tumor comparuit vicinus oesophago, simulque versus subclaviam extensus, qua compressa tumor brachii exortus est et mammae ex impedimento circuli tum sanguinis tum seri per vasa lymphatica.“

15) Praeterquam quod imperium cavitatum narium, oris et faucium in deglutitionis officium obvium est, etiam in tractatu de morbis pharyngis et oesophagi silentio praeteriri posset. Vere nempe Kunze ubi (l. c. p. 13). ait: „jure (hîc) omitti possent (morbi) dentium, linguae, faucium, uvulae, palati aliarumque partium, quae masticationi et *transglutitioni* inserviunt.“

1) P. II. Vol. II. Sect. 1. cap. IV. §. XVI. 1.

2) Le Cat *Recueil d'observations des hôpitaux militaires T.* … p. 400. — Bang *Auswahl aus dem Tagebuch des Krankenhauses zu Kopenhagen.* 1783. *September.*

anto morbo ut ulcus laryngis, praecipue epiglottidis degeneratio [3]), vel consumtio [4]) (caeterum leglutitionem saltem solidorum [5]) non semper deens *)) expectandum est; quum deglutitio jam mpediatur a cartilaginum cricoidearum et arytaeioidearum in substantiam osseam conversione [6]), ab ossea excrescentia pone laryngem [7]), a glandulis umidis [8]), a luxatione cartilaginis thyroideae [9]), et

3) Tonnani in *Atti de Siena. T.* 3. p. 237. — Vide *Auswahl der besten Beobachtungen für Wundärzte. Leipz.* 1783. *B.* 1. p. 66.

4) Morgagni l. c. Epist. XXVIII. art. 10. — Hoffengaertner in Hufeland's *Journ. d. prakt. Heilk. B.* 6. p. 558.

5) Deglutitionem liquidorum laesam, solidorum illa manente integra, a spasmo epiglottidis repetit Helwichius in Miscell. acad. nat. cur. cent. II. obs. 47.

*) Targioni *prima raccolta d'osservazioni mediche verso il fine.* Morgagni l. c. art. 13. — *Neue Leipziger Literatur-Zeitung* 1804. *May p.* 1047. — Larrey *relation médicale de l'expédition d'Egypte, Sect.* 8 (Epiglottis per glandem sclopetariam ablata, restitutâ tamen deglutitione).

6) Baillie *neue Bemerkungen über die Anatomie des krankhaften Baues von einigen der wichtigsten Theile des menschlichen Körp.* in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* 20. *St.* 3. p. 365. — F. Travers *a case of ossification and bony growth of the cartilages of larynx perventing deglutition* in *Medical chirurg. Transactions by the med. and chirurg. Society of London.* 1816. *Vol.* 7. — F. Brodie *über eine das Schlingen verhindernde Verknöcherung und Knochengeschwulst der Knorpel des Luftröhrenkopfes,* in *Samml. ausserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* 33. p. 356.

7) Ephem. acad. nat. curios. dec. II. ann. 2. obs. 116.

8) Bonet l. c. obs. 20.

et ab epiglottidis induratione [10]), elevatione (ligamento eius abbreviato [11])), incurvatione [12]), dislocatione [13]), phlogosi [14]) et spasmo *).

2. Si-

9) Acta acad. nat. curios. Vol. VI. obs. 90. — Boerhaave praelectiones ad institut. §. 806.

10) Adolphi in Act. acad. nat. curios. Vol. II. obs. 84. p. 194. — Bonet l. c. observat. ex Barbette.

11) Schlichting in Act. acad. nat. curios. Vol VI. obs. 26. p. 111.

12) Tonnani l. c. p. 232.

13) Ephem. acad. nat. curios. cent. III. et IV. obs. 112. — Doctor Eichwald auditor quondam meus Vilnensis sequentem casum mihi retulit: „Rusticus sexaginta annorum, illapsâ illi trabe magnâ supremae pectoris parti, in morbum, symptomata cynanches et pleuritidis, una cum vomitu, exhibentem, incidit. Vix ulla adhibita medela, post duos menses aegrotus in tabem, febre hectica stipatam, conjectus fuit. Ciborum desiderium vigebat, ast cibi assumti illico vomitu rejiciebantur. Idem serius etiam relate ad potum contigit. Dolor faucium, qui aegrum a morbi initio nunquam dereliquerat, modo atrox factus est. Nihil tamen circa locum dolentem morbosi conspiciebatur. Specillum flexile explorationis gratia ori introductum, vix ad pharyngem pervenerat, quum vomendi conatus et suffocationis periculum eius extractionem exposcerent. Obiit miser tertio morbi mense. Secto cadavere membrana mucosa pharyngis tumida, rugosa et quasi callosa in conspectum venit. Similis erat eius conditio in larynge. Praeterea *epiglottis omnino oblique posita* et ad unum latus multo magis prona quam ad alterum, adeo abnormis erat, ut longa curvatura intermedia insignis, super cartilagines arytaenoides, quammaxime tumidos, promineret."

14) Maynwaring in *medical facts and observations. Vol. I.*

*) Monet Nannoni (*Trattato di chirurg. T.* 2. p. 47) diffi-

2. Sicuti laryngis vitia, pharyngem; ita *tracheae* abscessus [15]) et ulcera [16]), oesophagum laedunt. Maxime ei vim inferunt *tumores* in asperae arteriae tergo enati [17]). M. tracheae.

3. Aliàs

cultatem deglutitionis oriri, quando musculi, qui dilatant et constringunt glottidem, spasmodice constricti sunt, et aeger in statu suffocatorio haeret, ob aeris inaequalem transitum sub constrictione, aut e contrario ob dilatationem glottidis. Ubi enim sub deglutitione non satis deprimitur epiglottis, nihil deglutitur, quin tussis mox excitetur et rejectio assumpti. — *Epiglottidis convulsio* deglutitionem tam solidorum quam liquidorum impediens, describitur a C. Behrens (Ephem. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. 1715. obs. 112) in homine catarrho suffocativo extincto. Secto nimirum eius cadavere epiglottis versus oesophagi orificium adeo retracta apparuit, ut asperae arteriae orificium maxime pateret. Similia narrantur a Majault in *Journal de médecine. T.* 5. p. 91., et *Sammlungen med. Wahrnehmungen B.* 5. p. 99; — A. Schurig l. c. p. 257.; — in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 9. p. 685. Cf. Fleischmann de chondrogenesi asperae arteriae et de situ oesophagi abnormi. Erlang. 1820. cum tab. aen.

15) Bang l. c. — 16) Tode *med. Journal. B.* 3. *St.* 1. p. 43.

17) Tulpius observ. med. Amstel. 1672. Lib. I. c. 44. — Blancardus coll. med. physic. cent. III. obs. 54. — Warner *cases in surgery. obs.* 7.; — Morgagni op. c. Epist. XV. art. 15.; — van Geuns l. c. p. 391. — Nova act. acad. nat. cur. Vol. V. obs. 24. — Bürger in Rust's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 20. p. 356. observ. Heinecken („*man entdeckte nach dem Tode einen scirrhösen Körper an der Luftröhre, der sich in die Speisröhre eingedrückt, und die vordere Wand derselben gegen die hintere gedrückt hatte*“).

M. pulmonis. 3. Aliàs oesophagus comprimitur a *pulmonum* vomica[18]), scirrho[19]) et emphysemate[20]), eroditurque ab ulcere[21]).

4. Dys-

18) Epiphan. FERNANDUS in C. histor. med. Venet. 1621. hist. 63. p. 192. — BERNARD epist. ad Hallerum. Vol. III. — PORTAL in *Histoire de l'acad. des sciences. Paris* 1780. — HAY in *Transactions of the medico-chirurg. Societ. of Edinb. Vol.* 1. 1824. *Nr.* 10. et GERSON *magazin der ausländisch. Literatur der gesammt. Heilk. B.* 10. p. 299. — KUNZE l. c. p. 92.—98.

19) Ex HAENIO (l. c. obs. 3) SWIETENIUS (l. c. §. 797) („In homine quinquagenario majore, qui dudum senserat ingestos cibos et potus circa sterni ossis summitatem haerere, et postea obicem quendam hic positum praeterlabi, saepius auctum post aliquam remoram, oborta nausea et tussi, iterum per os expelli cum magna simul tenacis pituitae copia, post mortem inventus fuit dexter *pulmo superiori sua parte scirrhosus*, mediastinum et oesophagum versus sinistrum pectus protrudens, simulque oesophagi cavum ibidem loci arctans adeo, ut retentis deglutitis oesophagi tubus supra locum compressum dilatatus admodum appareret, versus colli superiora iterum solitam amplitudinem habens“). — NAHUYS l. c. p. 23.

20) TARANGET *Recueil périod. de la société de médec. de Paris T.* 11. p. 373. — („*Un avocat, agé de cinquante-un ans, d'une bonne constitution, s'aperçut tout à coup, en débitant un playdoyer, d'une difficulté de parler, et bientôt après il ne put soutenir une conversation d'un quart d'heure sans nasiller: ce nasillement augmenta, et avec lui la difficulté de parler; la voix devint chaque jours plus obscure, un besoin perpétuel de sputation gutturale fatiguait le malade. Bientôt les paupières et les lèvres furent agitées de légers mouvemens convulsifs, la déglutition devint difficile et capricieuse; tantôt c'étaient les liquides qui ne passaient plus sans un peu de suffocation*

4. Dysphagiae caussam in morbis laryngis, **Diagnosis.** tra-

tantôt les alimens solides. La sputation survint; le malade n'avaloit plus sans prendre ses joues dans les mains pour les agiter avec force. Il dépérit à vue d'oil, des spasmes se joignirent à tous ces accidens, les étranglemens allèrent presque jusqu' à la suffocation; enfin après sept mois de douleurs et d'angoisses, le malade succomba, mais dans un état effrayant de marasme. L'ouverture du cadavre fit reconnaitre la trachée-artère comme contuse et flétrie vers sa partie supérieure, quelques traces d'engorgement et de legère inflammation. Les poumons mis à decouvert et amenés au dehors, se développèrent avec tant de ressort et de réaction, que le seul poumon gauche recouvrait tout le plan antérieur du thorax; le poumon droit était fortement adhérent par l'un de ses points; on déchira les liens qui le retenaient, alors il se débanda avec la même force que le premier, et ces deux organes occupèrent un espace au moins quadruple de celui qu' ils ont ordinairement. En les comprimant dans quelque point que ce fût, on produisait une crépitation bruyante. Ils furent mouchetés avec le scalpel, et les coupures superficielles, faites au hazard, laissèrent échapper une quantité considérable de sang noir, s i f f l a n t et écumeux, de manière qu' on eût dit que ces poumons étaient depuis longtems réduits à du sang veineux, anciennement stationaire, mêlé à une immense quantité d'air, ou de fluides aériformes").

21) Bleuland (l. c.) in lobo dextro pulmonis *vomicam* detexit cum oesophago communicantem. — Keir (*médical communications Lond.* 1784. *Vol. I. nr.* 11) ad marginem posteriorem pulmonis dextri, in phthisico, qui ultimis vitae diebus impedimentum deglutitionis expertus erat, reperit *ulcus*, quod non solum in proximam tracheam aperiebatur, sed etiam contigua oesophagi loca eroserat. Similem casum observavit Wathen (*mem. of the med. Societ. of Lond. Vol. I*).

tracheae aut pulmonis quaerendam esse intelligimus, si illorum morborum signa[22]) (tussi haud excepta[23])) praesto sint; si laesio respirationis illam deglutitionis praecesserit, ac vi excedat[24]), sique aegrotus, ipsum adeo deglutitionis experimentum timeat[25]). Vitia epiglottidis ciborum magis quam potionum deglutitioni adversari[26]), minime comprobatum habemus[27]). — Ne hîc specillum exploratorium in usum ducere tentes; crudele enim foret et supervacaneum experimentum[28]).

5. Vo-

22) P. II. Vol. II. Sect. I.

23) Dysphagia tussiculosa Sauvagesii (l. c. spec. 7), juxta observationem 34tam Fabricii Hildani in Cent. V. observationum.

24) Morgagni de tumoribus in tergo arteriae asperae loquens (l. c. Epist. XV. art. 15) monet, illos quidem gulam retropositam premere „*sed arteriám illam longe magis.*"

25) Pulchre iterum Morgagni (l. c. Epist. XXVIII. art. 16): „neque eae (oesophago proximae) partes nocere dumtaxat queunt ita comprimendo, ut via intercipiatur . . . *Sed et absterrendo a deglutitione* quando via etiam aperta, compressae ipsae a deglutitis alimentis, suffocationis periculum afferunt."

26) „Potiones enim ubi ad epiglottidem pervenerunt, hinc et illinc, qua ad laryngis latera quasi sulcus est, defluunt, et ad pharyngis imum labuntur." Morgagni l. c. Epist. XXVIII. art. 13.

27) Ipse summus vir addit: „nisi aut nimia copia e sulcis redundent, aut hi inflammatione et intumescentia deleantur, aut ab irritatione excitata convulsio quaedam, aut impar ob resolutionem officio suo musculus aliquis, facilem potionum defluxum turbent."

5. Vomicae pulmonis rupturam, purisque per bronchia evacuationem, deglutiendi facultatem restituere posse, liquet. Caeterum morbis laryngis tracheae et pulmonum jam eo perductis, ut pharyngi et oesophago insidias struant, nulla nobis medela nota est. Quum solita ad nutriendum adminicula [29]) propter suffocationis periculum gulae admoveri nequeant, sustentatio aegrotorum unis hîc *clysteribus nutrientibus* molienda. Prognosis. Cura.

§. VII.

Morbi vertebrarum et sterni.

1. *Vertebrae*, functiones pharyngis et oesophagi inquinare possunt, *luxatione* et *carie*, forte et *columnae vertebralis incurvatione* [1]). Generatim.

2. De

28) An serio loquitur NAHUYS (l. c. p. 24) ubi de impedimento deglutitionis ex pulmone emergente ait: „*Mit der Sonde fühlet man deutlich einen Widerstand, der ihr zu weichen und mithin auswendig zu seyn scheint?*"

29) Cap. V. §. XV. Nr. 2.

1) „*Die Krümmung des Rückgrats scheint zwar nie so gross zu werden, dass sie die Speiseröhre zusammendrücken sollte; indessen trägt solche gleichwohl nicht wenig dazu bey, um alle reizende Speisen und Getränke mehr gegen die Wände desselben anzudrücken und auf diese Weise die Entstehung und den Fortgang des Uebels merklich zu befördern.*" BLEULAND l. c. Certe *opisthotono* laborantes haud raro deglutire nequeunt (P. II. Vol. I. Sect. II. cap. III. §. LXV. 2.): „cervice enim ad posteriora reflexa, distenditur gula, et sic quanto longior, tanto etiam angustior fit, anteriore ejus pariete ad posteriorem accedente" (MORGAGNI l. c. Epist. XXVIII. art. 17). Idem explicationum genus ha-

Vertebr. luxatio.

2. De impedita deglutitione *ex vertebrarum colli luxatione* primum locutus est HIPPOCRATES [2]). GALENUS vocat hunc morbum raro sibi visum et quaerit, cur HIPPOCRATES anginosos vocaverit hos affectus [3]). Ipse interim cum HIPPOCRATE dicit, ex

bere in parte locum potest, ubi HIPPOCRATES de superveniente *colli perversione* loquitur (Sect. IV. aphor. 35), *ut aeger vix possit devorare.*

2) De morbis populariter vagantibus Lib. II („Erant anginosorum affectiones hujusmodi: cervicis vertebrae ad interiora conversae sunt, aliis quidem plus, aliis vero minus; atque in partibus exterioribus, manifesta videbatur in cervice concavitas. Dolorem, laborans, ubi illic tangebatur, sentiebat. Accidit etiam angina cuidam, sub ea vertebra, quam dentem (processus dentiformis secundae vertebrae) nominant, verum non adeo acuta. Quibus vero ob rotunditatis magnitudinem omnino conspicua, nec bubones (vocat sic phlegmones in glandulis tonsillarum ortas), fauces autem, ut ea vertebra, quae dens dicitur, inflammatione minime laborabant; sed molestia afficiebantur.... Deglutire, nisi magno cum labore, nequibant; at, si quaedam devorare conarentur, per nares effluebat id, quod ingesserant. Ex naribus loquebantur; spiritus ipsis non admodum elatus.... Plurimi non suffocabantur, nisi, cum vel sputum, vel aliud quidpiam deglutire tentarent. Neque subsidebant oculi. Igitur quibus tumor non in alterutram partem deflexus, sed rectus erat, nequaquam *paralytici* evadebant.... At vero, quibus alterutra pars afficiebatur, ii, ea parte, qua vertebrae inclinatae erant, paralytici evadebant, atque haec ipsa versus alteram trahebantur.... Caeterum qui paralytici ex angina fiebant, iis non totum corpus, ut in aliis fieri solet, resolvebatur, sed usque ad manus dumtaxat malum procedebat ab ea parte, quae angina urgebatur").

ex luxatione vertebrarum cervicalium, anginam subinde ortam esse [4]), atque plurimis aliis in locis hac de angina agit [5]). — Celsus de capitis luxatione disserens, monet, quod in tali casu neque bibere, neque loqui possit homo [6]). — Swietenius dubia circa impeditam deglutitionem ex vertebrarum cervicalium luxationem movens, rem tamen exemplo confirmat [7]). Eam dubitationis extra aleam posuere observationes J. P. Frank [8]), Rustii [9]), A. Monroi junioris [10]), nostrae [11]), aliorumque [12]).

3. Et

3) De locis affectis. Lib. IV. c. 3. — 4) Ibid. Lib. V. C. 5.

5) Lib. III. De difficultate respirationis, cap. II. et libr. I. prorrhet. Comment. II. et libr. II. prorrhet. Comment. 55, et quarta parte aphor. exposit. aphor. 35.

6) Lib. VIII. C. 13.

7) l. c. §. 818 („Contigit mihi semel tale quid videre in infante decem menses nato, cui caput reclinatum erat, guttur prominulum, et manifesta in cervice cavitas apparebat. Cum autem, ob infantis miserrimos ejulatus, exacte locum affectum scrutari non daretur, non potui accurate distinguere, quaenam vertebrae cervicis introcessissent. Nihil deglutire poterat infans, et post validas convulsiones hoc malum secutum fuerat").

8) Historiam enarravit (Discursus academicus de rhachitide acuta et adultorum habitus mense Maio 1788 et inserta in delectu opusculorum med. Vol. V. p. 304) puellae elegantis (filiae consiliarii Poetz *Bretten* habitantis) cui in aetate quatuordecim annorum, *post colli dolorem et deglutiendi difficultatem*, vertebrae cervicales, tum dorsales subito distortae fuere. Defuit autem, in hac aegra, conspicua ad cervicem cavitas).

9) *Arthrokakologie. Wien* 1817. p. 76. §. 112.

10) Cfr. cap. nostrum IX. §. XXV.

Vertebr. caries.

3. Et *vertebrarum cervicalium caries*, laesa imprimis pharynge, deglutitionem offendere potest. Etsi tali in casu plerumque scrophula, rhachitis, et potissimum syphilis ac mercurius accusanda sint, legitur tamen et exemplum illius cariei, ex abscessu, indeque ulcere, inter parietem posteriorem pharyngis et anteriorem vertebrarum cervicalium, evolutis; parte vertebrae *secundae* conspicuâ ab ipso aegroto (sanato), e faucibus extractâ [13]).

4. Ex

11) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. II. cap. II. §. VIII. 2. — Femina quinquaginta quinque annorum, quondam largiter menstruata et haemorrhoïdum fluxui obnoxia, die 29. Junii 1829. consilium meum Novocomii expetiit. Haec quoties caput ad inspiciendum objectum aliquod, puta opus acu elaboratum, anterius flectebat, facultate illud rursus pristinae positioni, nisi deductis in auxilium manibus, restituendi, ita destituebatur, ut mentum sterno tenaciter admoveretur, *deleta simul deglutitione.* Regio nuchae nihil quidem morbosi intuitui exhibuit, ast doluit, ac quovis sub colli motu fragorem edidit. Simili malo jam ante annum laboraverat, tumque etiam lingua profunde in oris cavum retrahebatur. Venae sectio illo tempore salutaris, modo effectum recusavit. Suasi hirudines ad nucham, eccoprotica, et, si haec non juvarent, fonticulos, ferro candente ad latera vertebrarum cervicalium excitandos.

12) Bertin *traité d'ostéologie T.* 3. p. 80. — Duverney *maladies des os. T.* 2. p. 131. — Schupke tractatus de luxatione spontanea vertebrarum colli superiorum. Berol. 1816. — Rauch diss. de vertebrarum luxatione. Berol. 1828.

13) I. Syme *von einer Abstossung des zweyten Halswirbels.* Ex *Edinburgh medical and surgical Journal* 1826. *April.*

4. Ex dictis liquet, quantum in perscrutan- Diagnosis.
is caussis dysphagiae intersit, *cervicis* examen
aud negligere; quod de eo pharyngis, digito in
uces profunde immisso, sponte intelligitur. Porro
quirendum num forte partes, quarum sensus et
otus a nervis cervicalibus regitur, detrimentum
perint (e. c. brachia torpeant, paralysi labo-
nt), nec ne? Carie parietem anteriorem verte-
arum cervicalium depascente, intolerabilem oris
etorem ut perpetuum expecta symptoma.

5. Fausta luxationis vertebrarum, saltem ubi Prognosis. Cur
ne febre obvenit, ab HIPPOCRATE emanata *pro-*
iosis[14]), cum opinione chirurgorum omnis aevi,
uippe qui malo nec manus admovere audent[15]),
hementer contrastat. Conciliatur interea opi-
onum diversitas, luxationem repentinam a vio-
ntiis externis, de qua hi loquuntur, a luxatione
lenta

In GERSON *Magazin der ausländ. Liter. d. gesammt. Heilk. B. II.* p. 521. („*Das im Besitze des* H. SYME *befindliche Knochenstück*, *besteht aus dem Körper*, *einem Theile des linken obern Gelenkfortsatzes und der Hälfte des linken Loches für die Arteria vertebralis.*")

14) Loco supra citato.

15) P. AEGINETA (de re medica libro III. cap. 17) noluit ut, ubi colli vertebrae introrsum luxantur, medicina adhibeatur. — BOYER (*maladies chirurgicales T.* 4. p. 118) ait: „*Nous croyons donc qu' il faut regarder comme un précepte fondé sur la raison et sur l'expérience, celui de ne point entreprendre la reduction de la luxation de l'une des apophyses obliques, les tentatives de la reduction pouvant causer la mort.*"

Frank Prax. III. I. 2. C

lenta et spontanea HIPPOCRATIS, distinguendo Hoc saltem in morbo, nisi provecto ac in sen aut alioquin valetudinario evoluto, auxilium a arte expectare licet; et quidem latente scrophul rhachitide et syphilide a methodis specificis[16] postque pharyngitidem a matura abscessus se ctione[17]). Praeterea, casu syphilidis excepto, *cu localis* requiritur. Removeto ante omnia cruor circa partem luxatam, aut carie laborantem, co gestionem, idque, si non *cucurbitulis scarifica tibus*[18]), saltem *hirudinibus* nuchae admotis. De applicentur utrinque ad spinae cervicalis late *fonticuli*, vel caustici vel ferri candentis ope e citati. „Restitui etiam sensim solent vertebr (deviatae) si laqueo, qui mentum atque occipitiu sustinet, suspendantur quotidie juniores tali mor afflicti; sic enim pondere corporis in rectum d ducitur spina, et feliciter saepe curantur[19]).“ pars vertebrae carie detenta separari vellet, spo taneam expecta secessionem, violentum enim e tractionis conamen, medullae cervicali vim i ferre, sicque vitae extemplo finem impone posset.

Sternum. 6. Et a *depresso sterno* deglutitio impeditur[2

§. VI

16) P. IV. Vol. I. Sect. I. — Vol. II. Sect. I.

17) Cfr. Cap. VII. §. XX. Nr. 1.

18) AETIUS (Tetrabibl. 1. Serm. 4. cap. 47. p. 485) c silium dedit, ut collo circa primas vertebras affiger *cucurbita*, saepius avellenda, hac spe, ut sic in se suam reducantur laxatae vertebrae.

19) SWIETEN l. c.

§. VIII.

Morbi glandularum et thymi. Tumores.

1. *Glandulae, inprimis dorsales*[1]*)*, oesopha- Glandu-
propinquae, aliarum instar[2]), ita infarciri[3]) lae.

C 2 pos-

20) Haller elem. physiolog. T. III. p. m. 144. Ex Fanton. anat. p. 324.

1) Ex Vesalio (de corporis human. fabrica lib. V. cap. 3. edit. Oporin. 1543. p. 389.), Laurentio (histor. anatom. human. corporis lib. IX. cap. XVII. edit. 1600. p. 381.), Riglano juniore (anatom. sect. V. cap. XLVI. Paris. 1610. p. 157), Winslowio (*de la tête art.* 594), Morgagnio (adversaria anatomica animadv. III.), van Geunso (l. c. p. 177.) etc. intelliges, multum circa quaestionem: utrum illae glandulae generis sint aut *secernentis*, aut *lymphatici*, disceptatum fuisse. Praevaluit quidem aevo nostro ultima opinio; ast fateri adigor, me veluti alteram in iis videre *prostatam*.

2) „Quare etiam *ut mesenterii et inguinum glandulae* frequentissime humore viscido et concreto replentur, intumescunt; ita et istae glandulae simili modo gulam comprimunt, cogunt super compressam sedem dilatari, et iter ad ventriculum ita arctant, ut malignus ciborum in eum ventriculum commeatus, et denique nullus sit" (Haller elem. Physiol. l. c. sect. IV. §. IV.)

3) Diemerbroeck opp. lib. II. cap. XVI. — Verheyn anat. corp. human. lib. I. tract. III. cap. XIV. p. 139. — Tulpius observ. med. lib. I. cap. XLIV. p. 88. — Bonet l. c. obs. 16. — Mauchart l. c. §. 6. — Heister *medicinisch. chirurgisch. Wahrnehmung. Beobachtung.* 533. p. 890. — Ruysch Opp. anat. chirurg. T. III. p. 960. — van Geuns l. c. p. 172. — Nahuys l. c. p. 10. — Lugol *d'un cas rare, et peutêtre unique, de degénérescence cérébriforme;* in *Revue médicale* 1828. *Novemb.* p. 237.

possunt; ut, deleto a compressione eius lumine[4]), aeger fame et siti perire debeat[5]).

Thymus. 2. Quid similiter possit *thymus* tumefactus, plurae indicant observationes[6]).

Tumores. 3. Plus adhuc valent *tumores*, videlicet sarcomata circa oesophagum[7]), inter istum et tracheam*), ad pleuram, mediastinum et pericardium[8]), nec non osteosteatomata sub sterno prima

4) Apud VERHEYN (l. c.) et MAUCHART (l. c.) glandulae oesophagi tumefactae effecerunt ut eius parietes sese invicem tangerent.

5) „Hae glandulae nonnumquam ob humorum influxum it intumescunt, ut nimium comprimant et angustum reddan oesophagum, sicque potui et cibo, omnique alimento transitum praecludant, hominem *fame et siti enecent*, qua les tres quaterve in praxi nostra occurrentes vidimus ca sus." DIEMERBROECK l. c. — I. G. BECKER de glandul thoracicis atque thymo specimen pathologicum. Berol. 182 — FRORIEP *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heil B.* 34. *No.* 18.

6) BONET l. c. obs. 10. — VERDRIES Ephem. acad. na curios. cent. VIII. obs. 90. — HALLER l. c. T. VIII. sec 1. §. 1.

7) TULPIUS l. c. — BLANCARD collect. phys. cent. III. ob 54. — WARNER *cases in Surgery obs.* 9. — HOME *klinisc. Versuche, Krankheits-Geschicht. u. Leichenöffnung.* p. 24

*) ITTNER diss. de brancho. Mogunt. 1781. p. 10. — ZIMMERMANN *von der Erfahrung B.* 1. *Th. I.*

8) JAMESON in *Edinburg. Versuche und Bemerk. B.* 3. *Nr.* 2 — Huc quoque spectat historia altera morbi atrocis S Auban auctore BOERHAAVE. Lugd. Bat. 1728. et opusc p. III (Sarcoma in pectore oesophagum ita comprimeb ut aeger nec unciam jusculi deglutire potuerit). Cfr. N HUYS l. c. p. 8.

rima costarum et extremitate anteriore clavi-
ulae [9]).

4. Suspicamur *glandulas infarctas* oesophago Diagnosis
m inferre, si dysphagia cum notis scrophulosis
el carcinomaticis obveniat, si aeger saepe fluxio-
bus obnoxius fuerit, sique respiratio libera. Per-
eptio impedimenti circa vertebram quintam dor-
lem, tum ipso ab aegroto [10]), tum per specillum
xploratorium [11]), et deglutitio sub decubitu su-
no minus impedita suspicionem confirmarent. —
umores cavitati thoracis inclusi, praeter oesopha-
um et cor et vasa majora comprimunt, ex quo
ysphagia socios habere solet dyspnoeam (sub
vario

9) Ploucquet diss. cit.

10) Vir, in quo Heisterus (l. c.) glandulam dorsalem ovi gallinacei magnitudinem habentem invenit, nec cibum nec potum amplius deglutire potuit ob impedimentum quod non in oesophago, sed in pectore percipiebat.

11) Gall. *Bougie élastique.* En modus tale specillum flexile, aut aliud metallicum, adhibendi aegro sedenti, reclinato pauxillo capite, depressâque lingua, instrumentum (pro adulto ad extremitatem magnitudinis digiti minimi, versus medietatem, ut alteram, qua manu tenetur, partem sensim sensimque crassius et oleo olivarum intinctum) caute et delicate, per totum pharyngis et oesophagi tractum, donec obstaculum invenitur, introducimus. Obveniente obstaculo, eius a dentibus incisivis distantia determinatur, indeque aliis concurrentibus indiciis, sedes morbi. Juxta Nahuys sententiam (l. c. p. 24), experta manus adeo distinguere valet, num obstaculum in ipso oesophago, num circum locum habeat, ut ut sit lex esto post operationem aegrotum per aliquot dies stricto regimini diatetico submittere, ne alimenta irritamento irritamentum addant.

vario corporis situ modo imminutam, modo a suffocationis periculum adauctam), motus abnor mes cordis et arteriarum, depressionem diaphrag matis abdomine prominente, habitum cachecti cum, et inprimis oedema extremitatum superio rum. Quibus symptomatibus saepe violentiae ex ternae pectori illatae et syphilis praegressae sun

Prognosis. Cura. 5. Quamvis tumores glandularum circa oeso phagum, in aegrotis junioribus et vegetis usu placeat *sublinguali* *), *spongiae ustae* [12]), *aethiop vegetabilis* [13]), *Jodii* [14]), *conii maculati* [15]), inpr

m

*) Johnstone (*memoirs of the medical societ. of Lond Vol.* 2. *art.* 17. p. 184) ut *sub lingua* ponerentur remed contra glandularum faucium indurationem directa atq lente soluta vasorum lymphaticorum osculis imbiben darentur, per quae ad locum affectum immediate perd cerentur. Praescripsit igitur cum successu sequentia: R Spongiae ustae, florum salis ammoniaci martialis ää scr pulum unum, conservae rosarum q. s. ut fiat pilula su lingualis. Hanc pilulam, seu potius hunc bolum, s lingua tenuit aegra quavis nocte donec diffflueret.

12) van Geuns l. c. p. 239. (R. Spongiae ustae unci semis. Pilae marinae drachmas duas. Coque c. s. aquae per quartam horae partem. Colaturae librae un adde syrupi cinamomi unciam. M. D. S. Semel de unciam capiat. Hoc remedium omni alio antepono).

13) *Fuscus vesiculosus* seu *quercus marina* in cinerem nig rimum calcinatus, ad nonnulla grana de die porrec de quo lege R. Russel (appendix de quercu marina ejusdem librum de tabe glandularum), Baster (opus subseciv. T. II. p. 111), Murray (appart. medicum. T. p. 537) et van Geuns (l. c. p. 416).

14) A. Manson *medical researches on the effects of Jo*

is cum *sapone*[16]), *barytis muriati*[17]), *mercurii* mitissime, nec ad salivationem[18]), adhibiti, *fonticulis* lateribus vertebrae quintae dorsalis utrimque

in bronchocele . . . . dysphagia etc. *London* 1825. (R. Idriotatis potassae grana triginta sex. aquae destillatae unciam. M. Dosis pro adulto a guttis tribus ad quindecim in cyatho aquae destillatae saccharatae; aut: *Tincturae Iodii Coindeti* pro adulto ad guttas quinque bis terve de die cum cyatho syrupi capillorum veneris et aquae. — Usum externum, utpote minus periculosum antepono: R. Kali aut natri hydrojodinici drachmam semis. Axungiae porcinae unciam semis. M. Illiniatur bis de die ad magnitudinem nucis avellanae collum).

15) Kersig *einige Beobachtungen vom verhinderten Schlingen. Zweyte Beobacht.* in Hufeland's *Journal für die prakt. Heilk. B.* 8. *St.* 4. p. 194.

16) Wichmann l. c. p. 176.

17) Kersig l. c. (Baryti, *muriatem calcis* longe antepono, videlicet drachmam eius ad unciam aquae destillatae. Cap. a guttis decem ad viginti bis de die, idque per plures menses).

18) Ruysch (opp. anatom. chirurgica T. III. p. 690) de aegro narrat, dysphagia ex induratione glandularum dorsalium laborante, qui per salivationem mercurialem omnino sanatus est. Nihilominus potius Nahuysio (l. c. p. 37) adstipulor de praeparatis mercurialibus dicenti: „*Sie müssen jedoch nur in mässiger Menge und mit der gehörigen Vorsicht gegeben werden, dass sie keinen Speichelfluss erregen, da sie auch ohne denselben nicht weniger vermögend sind, dergleichen Verhärtungen zu zertheilen und aufzulösen*“. — Utor *unguento mercuriali* ita, ut spatio mensis uncia eius semis illiniatur, contentus si tali pacto cura post dimidium annum absolvetur. Hic valet adagium: festina lente. Eius immemores, mercurio tumores

que admotis vel restitutione impetiginis praepostere fugatae [19]) pluries sanati fuerint; nihilominus faustus morbi exitus certe promitti nequit [20]). Eum in senibus, latentibus vitio carcinomatico, steatomate etc. nequidem operare audemus: facile enim ipsa oesophagi substantia diuturna a compressione patitur [21]). Ne itaque tales aegrotos artis conaminibus (iis quae ad nutrimentum porrigendum inserviunt [22]) exceptis) excrucies!

§. IX.

Morbi pericardii, cordis, vasorumque majorum.

M. pericardii et cordis.

1. Meminimus deglutitionis impeditae dolorificae et ardoris oesophagi in pericarditide [1]), dysphagiae in polypo cordis [2]), regurgitationis ciborum in lithiasi pericardiaca [3]), deglutitionis deletae sensusque contractionis et suffocationis ad gulam

glandularum non resolvunt, sed in phlogosin, suppurationem et exulcerationem praecipitant.

19) Bang in Actis R. soc. Havn. Vol. I. p. II. — J. P. Frank epitom. de cur. hom. morb. lib. IV. p. 89.

20) Errat sane Wichmann (l. c. p. 174) asserendo dysphagiam ex induratione glandularum dorsalium facillimae esse curationis.

21) Nahuys l. c. p. 24. — 22) Cap. V. . XV. No. 2.

1) P. II. Vol. II. Sect. II. cap. VII. §. XXIII. No. 1. Cfr. etiam Testa *malattie del cuore. Nuova ediz. di N. M.* Sormani *Milano* 1831. *Vol. I.* p. 192.

2) Ibid cap. X. §. XXXVII. Nr. 1.

3) Ibid. cap. XI. §. XLII. Nr. 1.

gulam in angore pectoris [4]), difficultatisque devorandi in dislocatione cordis [5]).

2. Nec reticuimus *aortae adscendentis vel eius flexionis aneurysmata* saepe oesophago vim inferre [6]), seseque adeo in eum aliquando deplere [7]). Ab ipso *aortae callo* gulam compressam fuisse constat [8]). M. aortae.

3. Eundem effectum quandoque ab *anevrysmatibus arteriae carotidis* [9]) et *subclaviae* [10]) expectabis. M. carot. et subclav.

4. Re-

4) Ibid. Nr. 2. — 5) Ibid. cap. XIII. §. LIII. Nr. 3.

6) Ibid. cap. XVI. §. LXII. Nr. 3. Vide praeterea Bonet l. c. obs. 24. — *Mémoires de l'acad. R. des sciences* 1700. p. 50. — Morgagni Op. c. Epist. XVII. art. 19. 20. 25. 26. Epist. XVIII. art. 17. 22. Epist. XXVIII. art. 16. — Th. J. Armiger *case of dysphagia, produced by an anevrism of aorta. Medical chirurg. Transact. Vol.* 2. p. 244. et Hufeland's *Journal* 1816. *Juni* p. 123.

7) P. II. Vol. II. Sect. II. cap. XVI. §. LXIII. Nr. 2. — Ulceris aortae anevrysmaticae oesophagum perforantis casum memorabilem retulit Cerutti in appendice ad Kiliani junioris versionem germanicam operis Copelandii de symptomatibus et curatione spinae dorsi morbosae. Lips. 1819. p. 61. Tab. II. fig. 1. 2. et in Museo patholog. Lipsien. Nr. 743. Cfr. Kunze l. c. p. 102. — Casus alii referuntur a Th. H. Wright. Ex *American journal of medical sciences* in Horn's *Archiv f. med. Erfahr.* 1830. *Nov. Dec.* p. 1082. — Ab A. Juglis in *Transactions of the med. chir. soc. of Edinburgh. Vol.* 3. p. 2. — A S. Coouper in *Medico-chirurg. transactions T.* 16.

8) Dodonaeus annot. ad cap. III. Benivenii de abditis morb. caus.

9) Werner Epist. gratulatoria. Lips. 1776. vid. F. A. Weitz

Lusus arteriae subclaviae dextrae.

4. Recordaberis[11]) praeterea, *arteriam subclaviam dextram*, naturae lusu, iter suum oesophagum inter et tracheam aut columnam vertebralem[12]) sumendo, deglutitionem aliquando[13]) impedire posse[14]), quod immerito negatum fuisse[15]), demonstratum est[16]). Deglutitionis eiusmodi impedimentum nomina obtinuit *dysphagiae lusoriae*[17]), *dyscatabroseos angiicae*[18]) et *spasmi oesophagi angioplanici*[19]).

Diagnosis.

5. Dysphagiam ex morbis cordis et vasorum majorum proficisci intelligimus, dum ipsa symptomatibus unicuique eorum propriis, supervenit[20]); dum

neue Auszüge aus Dissertationen für Wundärzte. Leipz. B. 8. p. 95.

10) Benaulme *mémoires de l'acad. des sciences de Paris* 1699 (Ex detorto capite).

11) Ex P. II. Vol. II. Sect. II. cap. V. §. XVI. Nr. 1. Cfr. Kreyssig *Krankheit des Herzens B.* 1. p. 370. *B.* 2. p. 38.

12) Kunze l. c. p. 42.

13) Observatione Hulmi et Valentini (*Journ. de méd chirurg. et pharmacie* 1791. *Février*) probatur, adesse posse hanc vasorum deformitatem absque illa deglutitionis molestia.

14) Primam hujus dysphagiae notionem dedit G. C. Ludwig in observationibus angiologicis.

15) Fleischmann in *Abhandl. der phys. med. Societät in Erlangen. B.* 2. *Nürnb.* 1812.

16) Otto *seltene Beobachtungen für Anatomie, Physiologie und Pathologie. Heft I.* p. 101. — Kunze l. c. p. 43.

17) Bayfort *an account of a singular case of obstructed deglutition; in Memoirs of the medical society of London Vol.* 2. p. 271.

18) Ploucquet l. c. — 19) Autenrieth l. c.

dum aeger se ad deglutiendum accingens peculiarem corporis positionem eligit *); dum sub deglutitione molestia minus a dolore, quam a palpitatione cordis et ab anxietate emergit; dum ratione plethorae aut concitati cruoris circuitus deglutitionis difficultas augetur; dumque deglutita vix, ut in aliis dysphagiis fieri solet, per fauces redeunt. Si eiusmodi symptomata a prima juventute inceperint [21]), et cum brachii dextri debilitate pulsuque hîc irregulari observentur [22]), *dysphagiam lusoriam* arguere licebit. Cunctis istis in dysphagiis a specilli exploratorii adplicatione abstinendum est, ne vi illatà receptaculo cruoris morboso, oesophagum adtingenti lethalis haemorrhagia provocetur.

6. *Prognosis* ex morbo primario repetenda. Nisi vires aegri plures venae sectiones admittant, nisi tussis absentia usum *aquae glacialis* et inprimis *glaciei conditae* [23]) concedat, nisique *digitalis purpurea* aliquid adhuc praestet; aegrorum nequidem passiones lenire vitamque protrahere licebit. Prognos. Cura.

§. X.

20) Cfr. observatio VALSALVAE apud MORGAGNI (Epist. XVII. art. 19). „Thorax aliquantulum dolebat. Hisce *addita mox est* difficilis, imo prorsus impedita deglutitio".

*) Cumque nec elatam cervicem gerere nec ullo modo deglutire posset, ubi corpore jacebat ad horizontem composito, flecti primum in latus deinde in pectus cogebatur, sic ut paulatim mandere ad vitam sustinendam sibi aliquid posset". ALBERTINI in Institut. Bonon. Vol. I. opusc. animadv. super quibusd. diffic. respir. etc.

21) BAYFORD l. c. — 22) AUTENRIETH l. c.

23) *Sorbetti.*

§. X.

Morbi diaphragmatis, ventriculi, hepatis et lienis.

M. diaphragmatis.

1. Quum oesophagus inter musculos inferiores et intimos *diaphragmatis* ad abdomen descendat, quum ab iis constringatur dum homo inspirat, quum ob membranulas, fasciculos carneos cum septo transverso cohaereat; non miraberis deglutitionem in *diaphragmatis inflammatione* [1]), *vulnere* [2]), *spasmo* [3]), forteque et *aliis morbis* [4]) detrimentum capere.

M. ventriculi.

2. Facile etiam intelliges, quo pacto morbi circa alterum oesophagi extremum vigentes deglutitionem impediunt, loquimur de *ventriculi* reple-

1) Cfr. P. II. Vol. II. Sect. II. cap. II. §. IV. Nr. I. et Heister diss. sistens observ. medicar. miscellanea. obs. 15.

2) Zittmann med. legal. Cent. II. cas. 31.

3) Morgagni op. c. Epist. XXVIII. art. 16.

4) „Id ego foramen (diaphragmatis oesophagum transmittens) cum in nonnullis multo brevius, ut in sene quodam bajulo (Epist. X. art. 19) invenerim, in alio autem sene (Epist. XXXVIII. art. 30), non secus atque oesophagum qui ad eam sedem multo latior erat, et rubicundior, amplissimam in latitudinem praesertim, offenderim, aegre tuli, de neutro fieri me posse certiorem, num quid ibi molestiae aut difficultatis in deglutiendo percepissent" Morgagni l. c. — Apud Lieutaud (hist. anat. med. T. II. art. IV. VI. ex actis Petropolitanis) casus diaphragmatis cartilaginei et ossei exemplum est, et varii tumores diaphragmati adhaerentes recensentur, qui, si dysphagiam non causarunt, sedis, ab oesophagi transitu, distantia fecit" (*Ex Schedis paternis*).

letione [5]), dilatatione [6]), flatulentiâ [7]), angustiâ [8]), postemate [9]), scirrho [10]) (praecipue circa cardias); istentione [11]) a vitiis omenti [12]), intestini co- [13]) et compressione ab hydrope ovarii [14]). ysphagiae morborum ventriculi soboles, inprimis perceptione molestiae ad regionem epigastriam, vomitu et maxima corporis macie insigniri olent. Praeterea stomachi angustatio potissimum eglutitionem ciborum; illius autem distentio ad nferiora maxime illam poculentorum impedit.

M. hepatis et lienis.

3. *Hepar* (et *splen* [15])) mole ingens, jam dudum

5) FERREIN in *Histoire de l'acad. R. des sciences. Ann.* 1768. p. 45.

6) Acta acad. nat. curios. Vol. VI. obs. 73.

7) RIVERIUS observat. communic. p. 693.

8) BERNARD in Epist. ab eruditis ad HALLERUM scriptis. Vol. III.

9) LAYARD in Philosophical Transactions Nr. 495. — LESKE *ausserl. Abhandl. praktischen u. chirurgischen Inhalts aus den philosoph. Transactionen.* B. 3. p. 114.

10) FERNELIUS de morbis partium et sympt. Lib. VI. cap. 1. — Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 8. obs. 96. — BONETI l. c. obs. 21. 22. — TRILLER l. c. — LIEUTAUD l. c. T. 1. obs. 91. — *Abhandl. der Schwedischen Akad. der Wissenschaft. B.* 41. p. 29. — *Verhandelingen van Haarlem. T. II.* p. 123. *T.* 12. App. Nr. 4.

11) Jam FANTONIUS (in Schol. ad patris observ. anat. med. 24) dixerat: „oesophagi per vim elongati cavitatem evasisse angustiorem, ipsumque compressione arctatum stomachum ingressuris cibis obstitisse".

12) LENTIN l. c. p. 182.

13) HENNIG *merkwürdige Kranken- und Sektionsgeschicht.* in HUFELAND's *Journal der prakt. Heilk. B.* 8. *St.* 4. p. 35.

14) MOELLER in BALDINGER's *neuem Magaz. B.* 20. p. 180.

dum inter caussas impeditae deglutitionis recensitum fuit[16]). Detruso enim illius visceris pondere ventriculo in umbilicalem regionem, ejusque orificio superiori compresso, alimenta, praesertim liquida, difficulter deglutiuntur. Verum altera adhuc exstat ratio officiens, ad MORGAGNIUM usque fere[17]) ignorata. „Quum, inquit[18]), in posteriore jecinoris margine excavatio fit, a WINSLOWIO commemorata[19]), quae locum cedit tum spinae tum extremo oesophago jam in ventriculum sese explicaturo; facile potest intelligi, si hepar ad eam potissimum sedem praetumidum fiat, ac durum spinae apprimere oesophagum posse".

Diagnos. Prognos. Cura. 4. *Diagnosis, prognosis* et *cura* dysphagiae ex morbis diaphragmatis, ventriculi, hepatis et lienis, ex istorum morborum doctrinis erui debent.

CAPU

15) BARTHOLINUS Epistol. med. Cent. VI. Epist. 14.

16) BONET l. c. obs. 26. §. 2.

17) Prope accessisse videtur BALLONIUS in Schol. ad observ. 25.

18) Op. c. Epist. XXVIII. art. 17.

19) *Exposition anatomique du bas ventre. Nr.* 259.

Caput IV.

De obstructione pharyngis et oesophagi ex peregrinis inhaerentibus.

§. XI.

Argumentum generatim. Literatura. Exempla.

1. *Obstructio (emphraxis) pharyngis et oesophagi ex peregrinis inhaerentibus*, propter arctum cum reliquis morbis instrumentorum deglutitionis nexum, silentio praeteriri nequit, etsi, ut ex literatura illius argumenti elucet [1]), ad chirurgiae forum pertinere soleat. Argum. gener. et literat.

2. Le-

1) Paraeus Opp. Lib. XVI. cap. 21. — Blancardus collectanea phys. med. Cent. III. Nr. 13. Amstel. 1680. — Fabr. Hildanus observ. Cent. I. obs. 31—36. Cent. V. obs. 35. — Hevin *Précis d'observations sur les corps étrangers arrêtés dans l'oesophage et dans la trachée artère, avec des remarques sur les moyens, qu'on a employé, ou que l'on peut employer pour les enfoncer ou pour les retirer.* In *Mémoir. de l'acad. de chirurgie T. I.* p. 444—602; — Guattani ibid. T. 4. — Bordenave theses de corporibus extraneis intra oesophagum haerentibus. Paris 1763; — le Beaume *réponse à une lettre anonyme au sujèt d'un nouvel instrument propre à extraire les corps engagés dans l'oesophage. Paris* 1769; — Vernel *nouveaux secours pour les corps arrêtés dans l'oesophage. Lausanne* 1769; — Sue nou-

Exempla. 2. Legitur de inhaerentibus in pharynge aut oesophago nucleo cerasorum [2]), prunorum [3]), pruno [4]), castanea [5]), piso [6]), arista [7]), pane [8]), carne [9]),

velles reflexions et observations sur les corps étrangers arrêtés dans l'oesophage, avec des remarques critiques sur le mémoire de Hevin. *Mém. de la société méd. d'émulation. ann.* 4. p. 218; — Richter *Anfangsgründe der Wundarzn. B.* 4. *Kap.* 9. — J. G. Eckhold *über das Ausziehen fremder Körper aus dem Speisekanal' und der Luftröhre. Leipz.* 1799; — Nauta diss. de corporibus peregrinis ex oesophago removendis. Worann. 1803; — Baron *extrait d'un mémoire manuscript sur les corps étrangers et les diverses observations chirurgicales. Annuaire de la soc. de méd. du département de l'Eure. Ann.* 1809. p. 334; — Dedebart *essai sur les corps étrangers introduits dans le pharynx et l'oesophage. Paris* 1814. — Chantourelle *observations remarquables des corps étrangers engagés dans l'oesophage. Mémoire de la soc. méd. d'émulation de Paris* 1826. *T.* 19. *de la* 2. *Série*; — J. Begin *mémoire sur les corps étrangers ingerés et passés dans les voies aériennes, ou arrêtés dans l'oesophage. Mémoires de méd. et de chirurg. militaire T.* 20. — Parent *notice sur les corps arrêtés dans l'oesophage et sur quelques instrumens propres à en opérer l'extraction. Paris* 1831. — P. Wagner *der zusammengesetzte Schlundstosser* (pharyngotom). In *medic. Jahrb. des k. k. Oesterr Staates.* B. 14. *St.* 1. p. 133.

2) Bartholinus hist. anat. cent. IV. hist. 85.

3) Diemerbroeck anatom. lib. II. cap. 15.

4) Eckner App. ad *Beyträge zur Geschichte der Ruhr in Jahr* 1800. *Gotha* 1801. p. 100 (cum pilulis contentis mortem inferens).

5) Hevin l. c. p. 448. — Guattani de externis anevrysmatibus. Romae 1772.

6) *Dysphagie in Folge einer im Oesophagus steckengebliebenen*

…[9]), inprimis annexo tendine[10]), osse[11]), spina …scis[12]), conchae ostreae parte[13]), bolo[14]), penna[15]),

Erbse (Rust *Magazin für die gesammt. Heilk. B.* 25. p. 576).

7) Borellus Cent. II. obs. 61. 8) Hevin l. c. p. 445.

9) Hevin l. c. p. 447. 494. — Tode *unterhaltender Arzt B.* 3. p. 37. — J. Howship in *the Dublin Hospital reports.* 1822. *T.* 3. Nr. 9. et Gerson *Magaz. der ausländ. Literat. der gesammt. Heilk. B.* 4. p. 463.

10) Gerson l. c. p. 464. nota.

11) Rayger in Act. acad. nat. curios. dec. I. ann. 9. et 10. obs. 109. — J. J. Bayer de ossiculo diu in gula detento. Eph. acad. nat. curios. cent. VII. et VIII. — De osse gutturi 14 dies inhaerente, tandemque feliciter excluso. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. ann. 2. 1694. p. 79. — J. G. Killmar angina gravis ab ossiculo minori vervicino, in oesophago sub deglutitione restitante oborta, ejusdem rejectione feliciter curata. Nova act. acad. nat. curios. T. III. p. 305. — Zecchius consil. No. 59. — Rhodius Cent. II. obs. 47. — Arculani practica cap. 57. — Büchner Miscell. 1728. p. 1396. — Hevin l. c. p. 462. 474. 475. — J. Stedman *account of a large bone extracted from the lower part of the gullet. Medic. essays and observ. by a societ. in Edinb. Vol. I.* p. 210. — Saucerotte *observation d'un fragment d'os avalé et implanté dans l'oesophage,* in *Annales de la societé de médéc. pratique de Montpellier T.* 2. *P.* 1. p. 247. — Filleau in *Journal général de médecine. T.* 24. p. 368. — Laidlaw *surgical and pathological cases,* in *London medic. and. physic. Journ. Decembr.* 1831 (vertebra caudae ovis).

12) Forestus observ. med. lib. V. obs. 27. — Schenk obs. lib. II. No. 8. — G. C. Gahrliep de spina gutturi infixa. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 10. 1691. p. 149. — Acta erudit. Lipsiens. ann. 1720. Mart. p. 131. — Hevin l. c. p. 465. 481.

na[15]), pilo[16]), fuso[17]), pipae tabacariae portione[18]), cochleare culinari ligneo[19]), cochlearculo[20]), acu[21]), digitale[22]), clave[23]), monetâ[24]), plumbo[25]), vitro[26]) etc.[27]).

§. XII

13) CHANTOURELLE l. c. 14) FOREST l. c. obs. 28.

15) DU VERNEY *observation sur une tumeur causée par un plume avalée. Mém. de l'acad. R. de Paris* 1700. *Hist* 40; — S. G. KING *case of a feather or pen, twelve inch in length, which was fortunally extracted from the oesophagus of a man who had put it into the throat, to excite vomiting, and had let it slip down* (*Medical observations and inquiries by a soc. of physic. in Lond. Vol.* 6 p. 231).

16) J. A. LIMPRECHT restitutio cachectici post duorum pilorum situ obductorum, ex pharynge extractionem (Act acad. nat. curios. Vol. IV. p. 32).

17) HEVIN l. c. p. 469.

18) BUCHAN in *London medical review and magaz.* v. FRIES *die neuesten brittisch. arzneyk. Annal. Bresl.* 1801. *B.* 1.

19) MURAT in *Journ. de méd. T.* 101. p. 138.

20) *Verschluckung eines Theelöffels und glückliche Operation desselben.* Ex *Medical repository* in HUFELAND *Journ d. pr. Heilk. B.* 32. 1811. *Febr.* p. 124. Cfr. SCHMIDTMAN in HORN'S *Archiv für med. Erfahr. B.* 5. *St.* p. 113.

21) WEDEL in Miscell. acad. nat. curios. dec. 1. ann. 3. ob 141. — DORSTEN ibid. dec. II. ann. 3. obs. 59. — KERKRING spicil. anat. obs. 42. — HEVIN l. c. p. 480. 48 493. — JAMME in *Annales de méd. pratiq. de Montpelli T.* 11. *Janv. Nr.* 4. — ROSSI *ago transversalmente infiss nella faringe. Repertorio di med. chir. e chim. farmac.* *Torino. Marzo* 1826.

22) RATHIER in *Journ. de médec. T.* 27. p. 45.

23) CHOPART *maladies des voies urinaires P.* 3. p. 341.

24) PLATER observ. lib. II. p. 413. — *Histoire de l'acad*

§. XII.

Symptomata. Caussae.

1. *Symptomata* a corporibus peregrinis pha- Sympto-
ngi aut oesophago inhaerentibus excitata, juxta mata.
rum naturam, sedem, aegrotorum temperamen-
m, morbique durationem discrepant. Generatim
tantur dolor ad locum obstaculi, modo saevus
odo vix perceptiblis, nunc continuus, nunc per
tervalla rediturus; nausea, vomituritio, vomitus-
ie; deglutitio plus minusve impedita, potu fa-

 cile

des sciences de Paris 1752. p. 105. — Baillie *series of engravings. Fasc.* 3. *Tab.* 1. — J. Syng-Dorsey *observation sur un demi-sou resté pendant treize années dans l'oesophage. Extrait du Philadelphia médical museum Nr.* 27. in Sedillot *recueil périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 43. p. 104. — Bridault in *Actes de la soc. de méd. de Montpellier. ann.* 4. *Frimaire Nr.* 2. — Souilhac ibid. *T.* 8. *Novemb. Nr.* 3. — Gastelier in *Journ. général de médecine. T.* 23. p. 117. — Mirandolle in *Geneeskondig magaz. Deel.* 3. *St.* 3. — Spiritus *plötzliche Verletzung der Speiseröhre durch eine verschluckte silberne Münze veranlasst.* Graefe's et Walther's *Journ. für die Chir. u. Augenheilk. B.* 4. *Heft.* 2. p. 283. — Höpfner *Fall eines in den Schlund gerathenen und daselbst stecken gebliebenen fremden Körpers*, in Rust's *Magazin der gesammt. Heilk. B.* 18. p. 439. — Dupuytren *Beobachtung eines fremden Körpers im Schlunde.* Ex *Répertoire général d'anatomie T.* 4. p. 205. in Gerson *Magazin der ausländ. Literat. der gesammt. Heilk. B.* 15. 1828. p. 153. — *Extraction d'une pièce de cinq francs du pharynx. Lancette francaise* 1830. *Mai. Juin.*

25) Hevin l. c. p. 450. 26) Vater diss. cit. hist. 2.

27) Vide §. XIV.

cile per nares regurgitante et spuma cruenta coram ore apparente; sensusque suffocationis, cum facie livida et respiratione anhelante. Aeger loqui impos, manum gulae ad eripendum quasi obstaculum admovet. Nonnulli frigus extremitatum, praesertim inferiorum, febrem, delirium, convulsiones experiuntur. Aliis veluti peripneumonia supervenit.

Caussae. 2. Praeter morem infantum*), ebriorum et maniacorum, omnia quae in manus veniunt oris cavo intrudendi, periculum de quo sermo est advehi solet, a consuetudine alimenta (inprimis carnes et pisces una cum herbis in loco haud satis lucido adpositos) non ut decet contrita et explicata, avide sineque necessariis cautelis, sub incongrua pro deglutitione corporis positione, sermonem inter et cachinnos devorandi, idque potissimum si pharynx et oesophagus sese propter morbos partium adjacentium [1]) rite explicari nequeant, aut gula, ut, in quibusdam gibbosis a recto tramite deflectet, aut a praeviis morbis angustiâ, inertiâ, spasmo [2]) (ab animi pathemate inopinate etiam excitando) laboret.

§. XIII.

*) Heseler *merkwürdiger Fall eines von einem dreizehnmonatlichen Kinde verschluckten Taschenmessers* (*Mittheilungen aus dem Gebiete der medicin. Chir. und Pharmac.*; von Pfaff 2*ter Jahrg*. 2*ter Heft* 1833).

1) Ipsa pulmonis cum pleura adhaesio huc, forte non immerito, revocatur in Gerson's *Magazin der ausländ. Liter. der gesammt. Heilk. B.* 4. p. 465. nota.

2) Exemplum castaneae consueti voluminis in oesophago in-

§. XIII.

Diagnosis. Prognosis.

1. Corpora peregrina utplurimum parti supe- ori pharyngis inhaerent. Regula igitur esto ante nnia imos fauces juxta praecepta nota[1]), exa- iinandi. Nisi corpus delicti hîc inveniatur, re- coram potius circa terminum quam in medio esophagi expecta. Scias praeterea, ex eo quod ıffocationis periculum praesto sit, ad sedem ob- aculi prope laryngem, tuto concludi minime osse, quum spasmus glottidis etiam ex dissita esophagi laesione per consensum oriri queat[2]). ec aegroti perceptioni semper fidendum: potest mirum laesio pharyngis aut oesophagi a trans- ınte dumtaxat corpore relicta, sensum ac si cor- ıs adhuc praesto foret, excitare. Magna porro ifficultas diagnosin premit, si quis sub ipso edendi tu moriatur, num scilicet *suffocatio*, aut *apo- exia* proclamanda sit? Quodsi medicus, quippe apoplexiâ persuasus, tunc faucium examen ne- igat, jure, ut accidit[3]), increpari potest. Quum s peregrinae diutius in pharynge et oesophago ıerentes *phlogosin* excitent[4]) haecque phlogosis l pulmonem aliaque propinqua viscera proser- pere Diagnosis.

carceratae mortemque inferentis, quod GUATTANI (l. c.) refert, vim contractionis morbosae illius canalis abunde patefacit.

1) P. III. Vol. 1. Sect. I. cap. XXXIII. §. CXXIII. Nr. 1.

2) HOWSHIP l. l.

3) GERSON *Magazin* cit. *B.* 4. p. 65. nota.

4) Cap. VI. §. XVIII.

pere possit, et ejusmodi complicationis memores esse juvabit.

Prognosis. 2. Verum est funera repentina ex corporibus extraneis pharyngi et oesophago inhaerentibus perrara ac tunc solum expectanda esse, ubi larynx comprimitur [5]), perforatur [6]), aut ubi perforato oesophago [7]), laesio aortam [8]) aut venam cavam [9]) adtin-

5) Le Dran *observation sur un gros morceau de viande avalé, qui s'arrêta au haut de l'oesophage et suffoqua la personne à l'instant* (Hevin l. c. p. 447). — Puzos *observation sur une chataigne crue avalée qui s'arrêta au haut de l'oesophage et suffoqua l'enfant à l'instant* (Hevin l. c. p. 448).

6) Zeviani in *Memorie di matematica e fisica di Verona. T.* 2. Laidlaw l. c.

7) Fleury in *Journ. de médecine continué. T.* 13. p. 180 (Ex ossiculo devorato). Laidlaw l. c.

8) Dubreuil *fils, perforation de l'oesophage et de l'aorte thoracique par une portion d'os avalée.* Sedillot *recueil périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 63 (*Serie* 2e. *T.* 2) p. 119. — Laurencin in *Archives générales de médecine. Octobr.* 1824 (Ex osse in oesophago symptomata peripneumoniae, dolor ad dorsum, vomitus cruentus, et octavo morbi die mors. Oesophagus medio in pectore abscessum ¾ pollicis et *aorta*, duos pollices sub arcu fissuram dimidii pollicis exhibuerunt. Haerebat hîc loci ossiculum ponderis octodecim granorum, extremitate alterâ acutâ ex oesophago ad aortam perductâ). — D. Martin's *Beschreib. einer Durchlöcherung des Schlundes und Anfressung der Aorta, bedingt durch einen fremden Körper.* Ex *la clinique des hôpitaux et de la ville. T.* 1. *Nr.* 23. in Gerson's *Magazin* cit. *B.* 15. 1828. p. 155.

9) Lovadina in *Nuovi commentarj di medicina e chirurgia,*

adtingit; — verum quoque illorum corporum nonnulla in ipso oesophago digestionis speciem subire [10]) sicque sponte evanescere; — verum denique alia, postquam ipsis artis conaminibus diu [11]) restiterint, tandem fortuito [12]), inprimis ope vomitus [13]), rejecta [14]), vel facto abscessu [15]), per alienas (quondam non sine maleficii suspicione [16])) vias (quin caeterum semper antea dysphagiam produxerint)

Padova 1818. *Primo semestre* (Corpus durum in oesophago haerens venae cavae *lacerationem* produxit).

10) Tode *unterhaltender Arzt. B.* 3. p. 37 (magnum carnis frustum). Confirmatur sic opinio A. A. Berthold (*Lehrbuch der Physiologie des Menschen und der Thiere. Th.* 2. *Gött.* 1829) quatenus oesophagum ad digestionis opus concurrere docet.

11) J. J. Bajer de ossiculo *diu* in gula retento. Ephem. acad. nat. curios. cent. VII. et VIII. p. 13. — Mesnier *observation sur un éclat d'os de boeuf, qui a resté pendant dix mois au côté droit du pharynx.* Hevin l. c. p. 462.

12) V. Riedlin gutturi inhaerentia *forte fortuna rejecta.* Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 2. 1683. p. 299.

13) Gaultier-Claubry *observation sur un os (de cochon) engagé dans l'oesophage pendant l'espace de quatorze ans, et rendu ensuite par le vomissement* (Sedillot *recueil* citat. *T.* 34. p. 13).

14) De osse gutturi 14. dies inhaerente, tandemque feliciter excluso (Miscell. acad. nat. curios. dec. III. ann. 2. 1694. p. 79).

15) Plater observ. lib. II. p. 413. — Hevin *sur une arête de morue, qui fut rejettée avec le pus d'un abscès qu'elle causa dans l'oesophage.* l. c. p. 465.

16) Wierus de maleficio affectis cap. 13. p. 317 (de cultro ex hypochondrio sinistro per apostema exeunte legitur).

rint) eliminata fuisse [17]); ast altera ex parte etiam constat, inde viscera detrimentum accepisse [18]), germinaque gravissimorum gulae morborum, postea multum evolutura, relicta fuisse [19]).

§. XIV.

17) LUTHER diss. de ica deglutita et per apostema hypochondrii dextri rejecta. Kiliae 1704. — FLAJANI *collezione d'osservazioni T. 3. osserv.* 64 (Festuca ossea per aperturam ad collum prodiens). — QVALS *observation sur une aiguille avalée, et tirée par une incision au col.* HEVIN l. c. p. 548. — PETIT *observ. sur une épingle avalée, et tirée par une incision à l'épaule* p. 550. *Observ. d'une épingle trouvée dans le mésentère.* p. 551. — LE DRAN *observat. sur des épingles avalées, et trouvées en diverses parties du corps sous la peau.* p. 551. — PETIT *observ. sur une épingle avalée qui parvint en cheminant jusqu' au pied.* p. 552. — LABATH *observ. sur une épi de gramen avalé et tiré d'un abscès au dessous du mamelon.* p. 554. — LE BEUF *observ. sur un épi de bléd avalé et trouvé dans un abscès au dos.* p. 556. — DE LA HAYE *observ. sur une grosse épingle avalée et trouvée dans un abscès à l'aine droite.* p. 556. — DE LA PEYRONIE *observ. sur une pièce d'or avalée, et trouvée dans un abcès gangréneux au fondement.* p. 571. — PETIT *observ. sur un os de poulet tiré d'un abcès gangréneux au fondement, et sur une aiguille tirée par une incision à la même partie.* p. 572. — FEBURIER *observ. sur un os de poulet long d'un pouce et demi, tiré d'un abcès fistuleux à la marge de l'anus* p. 572. — v. DUBOIS *observ. sur un éclat d'un pot de grés avalé et tiré d'un abcès gangréneux à la fesse.* p. 573.

18) „*Es ist daher immer rathsam, bei Personen, die einen solchen Körper verschluckt haben, aufmerksam zu seyn, um, sobald er sich irgendwo der Ueberfläche nähert, ihn ungesäumt auszuscheiden, sobald es nur einigermassen ohne Gefahr geschehen kann*“. RICHTER l. c. §. 304.

§. XIV.

C u r a.

Varia.

1. Sunt corpora pharyngi aut oesophago inhaerentia quae in ventriculum detrudi queant; sunt quae extrahi debeant; sunt quae extrahi quidem deberent, ast quoniam id fieri nequit, ut detrudantur oportet, nisi ad oesophagotomiam devenire liceat.

Corpora detrudenda.

2. Ad *corpora detrudenda* spectant frustula panis [1]), carnis, boli, fructus horraei, aliaque propter figuram primis viis minime infensa [2]). Detruduntur baculo ossis balenae, aut specillo elastico, extremitate altera spongiâ, oleo imbutâ, munitis, idque *caute* praesertim in gibbosis [3]). Ad corpora

19) Memorabile exemplum legitur in *Auszug aus dem Verhandlungsprotokoll der med. chirurg. Gesellschaft des Kantons Bern* in *Verhandl. der vereinigten ärztlichen Gesellschaft der Schweiz. Jahrg.* 1828. *II.*

1) Perrotin *observation sur une grosse croute de pain dur arrêté dans l'oesophage, et poussée dans l'estomac avec une bougie* (Hevin l. c. p. 445).

2) Bonomont *observation sur un gros morceau de plomb avalé et rendu facilement six jours après par la voyé des selles.* Hevin l. c. p. 450.

3) Judaea vilnensis valde gibbosa, anno 1806 frustum carnis deglutire tentavit, ast incassum. Eo in gulâ haerente solitae molestiae in conspectum venerunt: ad quas abigendas, ignarus barbitonsor, specillum spongia munitum rudissima manu in oesophagum introduxit. Instrumento vix ad dimidium immisso, aegra desperabunda obscurum edidit ejulatum, solum pedibus vehementer calcavit ac cadaveri similis facta est. Retrahebatur illico specillum; mi-

pora extranea tenaciter inhaerentia detrudenda, filum metallicum, cujus extremitati anteriori globus plumbeus annectitur, optime inservit[4]). Res minoris voluminis, ut acus, spina piscium etc., pennâ olorinâ, oleo imbutâ, vicissim deductâ et retractâ, mobiles redduntur, saepeque abiguntur[5]). Frustum quoque panis majus, probe masticatum ac deglutitum, pluries corpus obstruens secum in ventriculum deducere valet, nisi hoc valde voluminosum fuerit aut gulae firmiter inhaerens, quibus enim in casibus malum adderetur malo. Juvaverat etiam deglutitio frustuli spongiae siccae, exhibito mox potu, ut eo turgido reddito dilatatoque inde oesophago, via ad ventriculum paretur[6]). Et injectiones emollientes vi peractae tentatae fuère. Item permulsio repetita laterum colli deorsum.

Corpora extrahenda.

3. Quousque fieri licet *extrahenda sunt* corpora

sera inde paululum refocillata fuit, ast post bihorium, praeviis lipothymiis et extremitatum frigore obiit. Illico post operationem accersitus, plures potus haustus exhibui, quos aegra quidem deglutiit, sed aucta quavis vice respirandi difficultate. Putarem ex perforato oesophago potum in mediastinum posterius pervenisse, indeque pulmonibus vim illatam fuisse. Quammaxime dolui, praeconceptas Judaeorum Lithuanorum opiniones nullo pacto sectiones cadaverum concedere. Cfr. observationes Fletcheri l. c.

4) Flajani l. c. obs. 63.

5) Gockelius gallicineum med. pract. Ulm. 1770. — Mursinna *Journ. für die Chirurg. B. 2. St.* 1. p. 71.

6) *Mémoires de l'acad. de chirurgie. T.* 1.

pora indissolubilia, dura, acuminata, angulosa, ac tubo alimentario infensa, ut acus majores, spinae piscium praegrandes, frusta vitrea, monetae etc. — Ubi talia pharyngi vel summo oesophago inhaerent, digitis aut volsella [7]) (vel si ferrea ipso magnete [8])) facili utplurimum opera extrahi solent. Si minus fixa sint, aliquando ictus dorso pugno inflicti [9]), vel vomituritio ope vellicatione faucium excitata juvant. Aliàs graves occurrunt difficultates, quas chirurgi multifariis adminiculis et instrumentis vincere satagerunt, videlicet *spongia* [10]), *laqueo* [11]), *tricuspide* [12]) et *hamulo* [13]). In genere

7) De la Borde *observation sur un os arrêté dans l'oesophage et retiré avec des pincettes* (Hevin l. c. p. 474).

8) Kerkring spicileg. anatom. obs. 24.

9) Hevin *sur une grosse épingle rejettée par le moyen d'un coup de poing sur le dos.* l. c. p. 493.

10) Dupan in *Journ. de méd. chir. et pharmac. T.* 80. — Richter l. c. §. 289. 290. — Brouillard *observations sur une grosse épingle avalée et retirée de l'oesophage avec un morceau d'éponge* (Hevin l. c. p. 482).

11) Mareschal *observ. sur une grosse arête de morue retirée du gozier avec le bout d'un fouet de balaine, dont on fit une anse.* Hevin l. c. p. 481. — M. Smith *Werkzeug zur Ausziehung fremder Gegenstände aus der Speiseröhre.* Ex *American medical review* 1825 *Septembr.* in Gerson *Magaz. der ausl. Lit. der gesammt. Heilk. B.* 12. p. 451.

12) La Haye *observ. sur une grosse épingle tirée de l'oesophage avec un stylet, dont l'anneau été garni de plusieurs lacqs de filasse.* Hevin l. c. p. 480.

13) Perrotin *observ. sur une vertèbre du col de mouton avalée et retirée de l'oesophage par le moyen d'un crochet de fil de fer.* Hevin l. c. p. 475. — *Observ. sur une grosse*

genere a repetitis et rudioribus corpus extraneum extrahendi conaminibus, quippe phlogosi pabulum suppeditantibus, abstinendum [14]). Immo ad eam praepediendam, inprimis si aeger fuerit juvenis et floridus, *phlebotomiis* e brachio, *hirudinibus* circa collum et *cucurbitulis scarificantibus* ad dorsum, minime parcendum. Exhaustâ methodo antiphlo-

arête de morue retirée de l'oesophage avec le même crochet. l. c. — C. F. Graefe *Fälle von gelungener Ausziehung fremder, tief im Schlunde eingekeilter Körper mittelst des gewöhnlichen Schlundhakens* (*Jahrsbericht über das klinische Institut zu Berlin* 1826).

14) Pascal *sur les tentatives trop répétées pour déplacer les os arrêtès dans l'oesophage.* Hevin l. c. p. 528. — Chantourelle l. c. Pulchre Richter (l. c. §. 285): „*Ein jeder fremde Körper, der in der Speiseröhre steckt, erregt Entzündung, und einen Krampf, der ihn an der Stelle, wo er steckt, noch mehr befestigt, und die Versuche des Wundarztes, ihn niederzustossen, oder auszuziehen, vereitelt. Es ist daher eine wichtige Regel, wenn die ersten Versuche, den Körper auszuziehen oder niederzustossen, nicht gelingen, einen Stillstand in den Versuchen zu machen, dem Kranken einige Ruhe zu lassen, und in dieser Zwischenzeit innere und äussere krampfstillende, und wenn die Zufälle es verstatten, oder erfordern, entzündungswidrige Mittel anzuwenden. Man wird oft finden, dass bei Wiederholung der Handgriffe nach dieser Zwischenzeit der fremde Körper leicht weicht, den man vorher ganz unbeweglich fand, und den man durch ununterbrochene fortgesetzte Handgriffe, welche selbst den Reiz und Krampf beständig vermehren, und den glücklichen Erfolg erschweren, schwerlich fortgeschafft haben würde*“. Sic contigit in casu ab Ollenroth (Loder *Journ. für die Chirurgie. B.* 3. p. 269) enarrato.

tiphlogisticâ, quid *clyster opiatus*[15]), quid *cataplasma anodynum* ad collum[16]) valeant, tentandum. Hisce incassum tentatis utique *emetico* locus foret, saltem enematis ope suppetitando[17]). Vomitum per *clysteres ex infuso nicotianae tabaci*[18]), aut per *tartarum emeticum venis injectum*[19]) excitare, nostro necdum fiet consilio.

4. *Corpora extranea* profunde, vel ita oesophago impacta ut plane extrahi nequeant, nisi periculo- Corp. extractionem recusantia.

15) R. Infusi florum chamomillae uncias sex. Laudani liquidi Sydenhami guttas viginti (Pro adulto).

16) Ex mica panis albi, lacte et croco.

17) R. Tartari emetici grana sex. Solve in aquae destillatae unciis sex. D. pro clystere.

18) Mogniot *observ. sur un morceau de poumon d'agneau arrêté dans l'oesophage, d'ou il fut chassé par le vomissement procuré par un lavement de tabac.* Hevin l. c. p. 494. — Blair in *Memoirs of the medical society of Lond. Vol.* 5. *Nr.* 33. — Flajani l. c. obs. 62.

19) Köhler in Schmucker's *vermischten chirurg. Schriften B.* 1. p. 335 (grana sex tartari emetici; vomitus elapsa horâ). — Balk in Mursinna *Journ. für die Chirurg. B.* 2. *St.* 1. p. 64. — Maerker *Geschichte einer mit Glück gemachten Infusion des Brechweinsteins* (grana quatuor in uncia semis aquae calidae; vomitus mox) *bei einem im Schlunde stecken gebliebenen Stücke Fleisch.* In Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk. B.* 16. *St.*4. p. 126. — Krauss *u.* Dorsch *Anwendung der Infusion des Brechweinsteins* (grana sex in uncia una aquae chamomillae; mox frigus et tremor, sed vomitus tardus) *bei einem im Schlunde stecken gebliebenen Stück dürren Fleisches.* — Hufeland l. c. *B.* 33. *St.* 4. p. 116. — Cfr. J. F. Dieffenbach *die Transfusion des Blutes und die Infusion der Arzneyen. Berlin* 1828.

riculosis stipentur symptomatibus, vel mora tubum intestinalem laedere possint, pro tempore *relinquenda*, aliàs *detrudenda*, quod contra expectationem absque periculo factum fuisse constat[20]).

Oesophagotomia. 5. Quodsi illa corpora nec extrahi nec detrudi possent, superiorem oesophagi partem occuparent, ac relicta mortem inferrent, ad *oesophagotomiam*[21]) confugiendum foret. — *Velo pendulo* sese extractioni corporis peregrini opponente, ut respectu cochlearis culinaris accidit, illud secandum[22]).

6. Fu-

20) Puzos *observ. sur une boucle de soulier avalée, qui sortit le lendemain par la voye des selles.* Revin l. c. p. 513. — Le Gendre *observ. sur une fourchette d'argent avalée, et sortie* 15 *mois après par l'anus.* ib. p. 518.

21) Comment. Lips. Vol. VIII. p. 197. — Verduc *pathologie de la chirurgie. Amsterd. T.* 2. *Ch.* 27. — Guattani in *Mémoires de l'acad. de chirurg. T.* 3. *Nr.* 14. — Eckhold l. c. — Flajani l. c. — Tymon diss. de bronchiotomia et *oesophagotomia.* Gött. 1794. — J. Vignardone *quelques propositions sur l'oesophagotomie. Paris* 1805. — Vacca-Berlinghieri *von dem Speiseröhren-Schnitte, und einem neuen Verfahren, denselben auszuüben,* ex *Mélanges de chirurgie étrangère par une société de chirurgiens de Genève;* in *Medicinisch-chirurgischer Zeitung. Inspruck* 1825. *B.* 4. p. 165. — *Storia d'una esofagotomia eseguita dal professore* Giovanni Rossi, *compilata dal dottore* Signorini, in *Annali universali di medicina del* Dr. Omodei 1831. *Fascicolo d'Ottobre.* p. 56. — C. Bell *über Oesophagotomie. Eine klinische Vorlesung,* ex *London medical and surgical Journ. Jan.* 1833 in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 38. *St.* 8. p. 121. — Begin *expériences et observations sur l'oesophagotomie,* in *Journ. hebdomadaire. Avril* 1833.

6. Fugato qualicunque demum modo hoste, Convalescentia.
liaeta ita ordinanda, ut pharynx et oesophagus, quo minus fieri potest, ab alimentis et potu irritentur. Lacteus hic omni alio palmam praeripit victus.

Caput V.

De pharyngis et oesophagi vulneribus et haemorrhagiis.

---

§. XV.

Vulnera.

1. Ut cognitione morborum pharyngis et Notiones.
oesophagi reconditorum progredi possimus, consideratio *vulnerum colli*, chirurgiae licet argumentum, praeteriri nequit. Edocemur inde, quod etsi gravissimae oesophagi laesiones salvis aegrotis locum obtinuerint[1]) (quod animum respectu morborum

22) Murat *Ausschneidung eines fremden Körpers aus dem Schlunde* (Gerson *Magazin* etc. *B.* 15. p. 154).

1) G. de Saliceto chirurgia. Venet. 1470. p. 331. — A. Paraeus opp. chirurg. Paris. 1582. lib. XI. cap. 29. Lib. XXIV. cap. 19. — Schenk obs. libr. III. obs. 19. — A. de Pozzis vulnera profunda colli esse lethalia. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 4. et 5. 1673 et 1674. p. 36. — Verdier *observation sur une playe à la gorge, avec des remarques intéressantes à ce sujet. Mém. de l'acad. de chi-*

borum ejus internorum nobis adderet, nisi constaret laesiones, quae sano alioquin in homine contingunt, toto coelo ab illis, quae contaminato a labe quadam universo corpore fiunt, differre), arduum tamen esse margines ejusmodi canalis sauciati ita inter se conjungere, ut denuo concrescere possint [2]), periculum angustationis et coalitus sanato vulnere in loco prius affecto evitare, et difficultates, aegros durante sanationis opere nutriendi, superare. Edocemur etiam sanationem vulneris oeso-

rurgie. T. 3. *Mém.* p. 78. — R. J. Garengeot *traité des opérations de chirurgie Paris.* 1740. *T.* 2. p. 456. — C. Trioen observationum medico chirurgicarum fasciculus. Lugd. Bat. 1743. p. 40. — Deidier theses de transversis juguli vulneribus. Paris 1775. — F. Jas *Verzameling van waarneemingen over de Angezichts- en Hals-wonden. Verhandel. van het genootsch. ter Bevord. der Heelk. te Amsterdam. Deel.* 5. p. 60. — Mursinna *Journ. für die Chirurg. B.* 1. 1800 p. 373. — Klein *chirurg. Bemerkungen. Stuttg.* 1800. p. 206. — Fine *Journ. de méd. T.* 83. p. 69. — Wirth *Geschichte und Heilung einer gefährlichen Halsverletzung, nebst einigen Bemerkungen über die Wunden der Speise- und Luftröhre überhaupt.* In *Denkschriften der vaterländ. Gesellschaft der Aerzte und Naturforscher Schwabens. B.* 1 1805. p. 93. — J. N. Rust *einige Bemerkungen über die Wunden der Luft- und Speiseröhre. Wien* 1814. — J. Boey diss. historia vulneris tracheam et oesophagum totum perscindentis, feliciter sanati cum aliorum observationibus et epicrisi. Kiliae 1827. — Velpeau vid. Behrend's *Repertorium der Journalistik des Auslandes. Novemb.* 1832 p. 198. *August* 1833. p. 184.

2) Trioen (l. c.) vulneris oesophagi meminit non coalescentis et exterius ad collum aperti.

esophagi dissitis licet eorum marginibus fieri osse, ubi interstitia a partibus contiguis ope inammationis adhaesivae replentur, idque autem on sine discrimine dilatationis ista in parte sub eglutitionis negotio. Quod vero maxime inrest a chirurgis addiscere, est modus aegros, roprio marte deglutire impotes, artificiosè nuiendi.

2. Quousque *clysteres nutrientes* ex jusculis car- eis, gelatinis dilutis, lacte, ovis (praemisso enenate aquae simplicis tepidae ad abluendum intesnum rectum), minima quantitate, ne mox rejiantur, injiciendi, satisfaciunt [3]); et quousque vel *tus oris* cum aqua, vel segmentum pomi citrini el aurantiaci ore retentum, vel repetita *manilua* et *pediluvia tepida* sitim sedant; eousque ab dicandis adminiculis (casu paralyseos oesophagi cepto) vix absque conspicua irritatione adhibens, abstinendum est. Loquimur de *tubo elastico avatoni* [4]), oesophago immisso, per quem alienta fluida ventriculo infundi queunt [5]); de *fistu- flexili* per nares ad gulam eodem scopo ducen-, ibique relinquenda [6]); *de pelle recenter ab an-*

Nutritio artificialis.

3) Ramazzini constitut. epidem. ann. 1691. No. 22. — Lieutaud hist. anat. med. T. II. p. 42.

4) Anglice *Oesophagus tube* (pollicum viginti duo).

5) Quo modo aegroti sic per longissimum tempus conservati fuere legitur apud Willisium (pharmacop. ration. Part. 1. sect. 2. cap. 2) et Morgagnium (op. c. epist. XXVIII. 14.)

6) Dessault *Journ. de chirur.* — Richter *chirurg. Bibliothek.* *B.* 12. p. 11.

anguilla detractâ, ope specilli longissimi ex osse balenae ad ventriculum deducti, tuncque, relicta per oesophagi longitudinem pelle, retracti[7]), de- que *syringa Readii*[8]).

§. XVI.

Haemorrhagia.

Notio. 1. „Quibus fauces sanguine et interdiu re- plentur, dum neque capitis dolor praegressus fue- rit, neque tussis, neque vomitus, neque febris prehenderit, neque pectoris aut dorsi dolor tenue- rit, in his nares et *fauces* inspiciendae, num quod ulcus in eo loco compareat aut ἡ βδελλα[1])“. — „Quae ultima vox tenebras textui Hippocratis affundit sed (non sine contradictione[2])) *hirudinem* signifi- care credit Galenus, a qua cum aqua epota ipse hominem cruorem evomentem conspexit[3]), con- spexeruntque alii[4])“. — „Sub ea quam habitualem voca

7) Hunter in *Transactions of a society of med. and chirur- gical knowledge. T.* 1. *No.* 10.

8) *A description of patent stomach pump as an appa- ratus for conveying nourishment into the stomach.* p. *London. No.* 35. *Regent circus. Piccadilly.*

1) Hippocrates lib. II. praediction. 2. p. 28. edit Foesii.

2) Chr. Helwich de haemorrhoidibus oris. Miscell. aca nat. curios. ann. IX. obs. 118.

3) In exegesi vocum Hippocratis, sive, ut latine inscribitu in explicatione linguarum; inter libros isagog. p. 143.

4) Quatuor milites hirudines in oesophago exbibuerunt. Sa guinem per dimidium mensem alii ad plures, alii ad pauc libras continuo, cum et sine tussi, rejiciebant, socio sen angustiae aut obstaculi in faucibus et voce mutata. Pra

vocavimus cynanchen, plerumque venae per pharyngem dispersae, indolem varicosam manifestant, ac levi ex caussa sanguinem exstillant [5]). In aliis sine phlogoseos praesentia, apertis vix faucibus, haec *pharyngis varices*, quasi retis in modum dispositae, mox oculis sistuntur, nec raro sanguinem vel sponte oris cavo affundunt [6]). Foeminae, cui sanguis

E 2

terea experiebantur pruritum seu potius reptatum vermis, mox in oesophago, mox ad nares posticas, quae symptomata fugatis hirudinibus evanuere. Vandermonde *recueil périodique.* 1758. p. 127. — Cfr. Nicolai *Pathologie. B.* 6. p. 429. — Double in *Journ. général de médecine. T.* 25. p. 377. — Nosse juvat hirudines *naribus admotas* ad pharyngem migrasse, mortemque, praevio emphysemate, induxisse (Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 38. No. 19. p. 304).

5) „*Bey dem Hineinbringen der Sonde findet man einen grossen Widerstand, und wenn sie ein wenig auf und nieder bewegt worden, folgt bei dem Herausziehen derselben abermals Blut.*" Nahuys l. c. p. 27.

6) Femina sexaginta et aliquot annorum, arthritica et valetudinaria, capitis dolore coepit affligi et tussi. Ex improviso, maxima copia sanguinis grumosi et tenacis, ita ut fibrae dentibus vix potuerint avelli, ex ore effluxit (Dethardind in Ephem. acad. nat. cur. cent. VII. obs. 73. p. 178). Mercator juvenis, cui olim satis familiare fuit sputum sanguine commixtum, dum aliquando, Sirio ardente, sub dio longius ambulasset, tanto flumine cruorem ex ore reddidit, ut animam reddere videretur. Advolans Schurigii parens, depresso specillo linguà, vidit sanguinis hujus scaturiginem ex faucibus, pone uvulam, rivuli in morem, prodeuntem. Siphone ergo ita accommodato, ut appellere potuerit, injecta aqua alumine gravida, hic

guis per uterum ab octo jam annis non responde-rat, exemplum vir magnus[7]), reliquit, ac sputi sanguinis frequentius originem in posteriore pha-ryngis pariete eroso detexit. Sine quavis erosione, sanguinem sat multum ex vasis pharyngis varico-sis manifeste ac saepius scaturisse nos ipsi con-speximus[8])" et quis medicorum in fontes hae-morrhagiarum inquirentium non conspexit? [9]).

2. Vari-

insolitus fluxus cito et tuto fuit sedatus (Schurig l. c cap. V. §. 5. p. 250).

7) Morgagnius nempe sic refert (l. c. epist. anatom. IX. art 14): „mulieris viduae cum sedulo cadaver Bononiae in-ciderem anno 1706, cumque scirem, ex quo sanguis ips per uterum non responderat, octo ferme annorum spati subinde sanguinem ita expuisse, ut mihi *de pharynge* pro-diisse videretur; non frustrà hujus cavum perlustrav Neque enim posteriorem modo ipsius parietem valde ero sum contra epiglottidem inveni; sed et ipsam fornici membranam certo loco nigricantem, exesam, atque ade omnino perforatam deprehendi".

8) J. P. Frank epitome de cur. hom. morb. lib. V. P. I p. 154.

9) Pulchre Aretaeus (Lib. II. de caus. et sign. acut. mor cap. II.): „A *gula* igitur haud ita saepe per rarefactione solet sanguis effluere, cum ob cibos potionesque refrige ratio, et adstrictio ejus partis condenset. Quin etiam rc siones haud frequenter fiunt ac minus quam rarefacti gulam infestant, quippe fluxiones erodentes non multu temporis in ea subsistunt; sed aut expuuntur aut ad in feriora pelluntur. Frequentius gulae incidit ruptio; ita que si interdum rupta est, non tam magnae, sicuti pectore, sanguinis profusiones fiunt; in causa est venul rum, quae ibi sunt arteriarumque tenuitas; sanguis ve

2. Varices oesophagi, affectioni carcinomati- Prognos. Cura.
ae, notas *fungi haematodes* habenti, ansam porri-
ere queunt[10]). Haemorrhagiae ex illis ortae
ıxta praecepta alibi tradita[11]), et tradenda[12]),
urari debent. Memorabile exemplum haemorrha-
iae ex ulcere pharyngis pullulantis, et ope liga-
ırae arteriae carotidis primitivae sanati, legitur*).
ıd hirudinem gulae inhaerentem necandam, *ace-
ım calefactum cum butyro deglutitum*[13]) et *aqua
elida ore detenta*[14]) commendantur. Eorum loco
olutionem salis culinaris* adhibendam esse cen-
emus.

CAPUT

exiens non magnopere nigricat, subflavus est, non exacte laevorem habet, aut salivâ permixtus est, cum nausea et vomitu rejicitur; levis tussicula citatur, modo humidum quidpiam movens, modo arida: id evenit quoniam gulae affectum arteria quoque participat, secundum illam extenta et adhaerescens".

110) MANGETUS bibliothec. pract. lib. IV. p. 860.

111) P. III. Vol. I. Sect. I. cap. XXXIII. §. CXXIII. No. 7.

112) Cap. XXII. §. LXXXVIII.

*) HERBERT MAYO in *London med. and physic. Journ.* 1829. *Decembr.* et *Bulletin des sciences médicales.* 1830. *Avril.* p. 122.

113) BENEDICTUS VICTORIUS T. VII. cap. XXVII.

114) RHAZES ad ALMANZ. cap. LXXXVI.

Caput VI.

De inflammatione pharyngis et oesophagi.

§. XVII.

Notio. Literatura. Symptomata.

Notio. 1. *Inflammatio pharyngis*, nobis *pharyngitis*, nominibus *parasynanches* [1]), *dysphagiae inflammatoriae* [2]), et *cynanches inflammatoriae* [3]) obvenit. Illa *oesophagi*, nobis *oesophagitis*, *morbus inflammatorius oesophagi* [4]), et, perperam [5]), *cynanche oesophagea* [6]) appellatur.

Literatura. 2. Doctrina inflammationis pharyngis et oesophagi

1) Apud Graecos. vide Hippocrat. lib. III. de morbis cap. 3.

2) Apud Boerhaave l. c. §. 804.

3) Sauvages l. c. spec. 6. — Cullen nosol. spec. 4. — S. G. Vogel *Handb. der pr. Arzneyw. B.* 4. *Kap.* 6. p. 127. — J. P. Frank epitom. de cur. hom. morb. lib. II. p. 171.

4) Honkoop l. c.

5) Vere Harless (*Handbuch der ärztlichen Klinik. B.* 2. p. 457): „*Die Entzündung des Oesophagus . . . . erscheint keines Wegs immer blos als Fortsetzung der Schlundkopfsentzündung, sondern kommt auch nicht selten, ja vielleicht häufiger, als eine für sich bestehende . . . . Entzündung vor weshalb sie auch nicht (der Regel nach) als eine Species der Angina aufgestellt werden darf*“.

6) J. P. Frank l. c.

phagi Galeno 7), Honkoop 8) et Bleuland 9) prae aliis debetur.

3. *Pharyngitis* (aliquando comes aut sequela cynanches faucium et erysipelatis faciei) calore, ardore, rubore in posteriori faucium antro insignitur. Socia sunt modo peculiaris partis affectae siccitas cum tussi, modo deglutitionis propter summos cruciatus impotentia cum potulentorum per nares regurgitatione, modoque unum et alterum. Reliqua symptomata anginarum illis similia 10). Pharyng. symptomata.

4. Sic etiam in *oesophagitide*. Porro ad gulae locum, plerumque dorso (et scapulis 11)) respondentem 12), res deglutitae, etiamsi (ut propria saliva, Oesophag. symptom.

7) De locis affectis Lib. V. cap. 5 („quum vero *inflammatione* affecta ipsa propria angustia, non a vicinis partibus acquisita, torquetur, tum gravissimus inter deglutiendum dolor infestat, accedente difficili transitu etc.").

8) l. c. 9) Loc. citatis.

10) P. III. Vol. I. Sec. I. cap. XXXIV.

11) Sic Ticini, Pater meus, de morbis pharyngis et oesophagi disserens, discipulos suos adlocutus est: „Si pulchram illustris collegae professoris Scarpa dissertationem *de nervo accessorio* Willisii (*Abhandl. der k. k. Josephinischen Akademie. B.* 1. p. 420) attente legatis, intelligetis certe pharyngis ipsius, laryngis et oesophagi, cum stomacho, *cum scapulis*, cum musculis sterno-mastoideo et trapezio connexionem intimam, ob nervi praedicti accessorii descriptam ab hoc experto viro connexionem cum pari vago, antequam nervus pharyngeus ex eodem versus pharyngem distribuatur. Hinc in cardialgiis, in *anginis veris* et in pharyngis spasmodicis adfectibus, *dolores ad scapulas*, et rigiditatis species in musculis sterno-mastoideo et trapezio, atque tum capitis tum *scapularum* immo-

liva, aqua tepida, syrupus, oleum) mitissimae fuerint indolis, obstaculum inveniunt, ibique dolorem excitant. Dolor hic tensivus, aliquando per inspirationem et deglutitionem supino corpore tentatam[13]) auctus, brevi adeo invalescit, ut colicae illum adaequet[14]). Absterretur inde aeger a deglutitionis ulterioribus conatibus. Quodsi quid deglutiret, id illico immutatum rejicitur. Interdum vomendi conatus et sponte invadunt. Iis vigentibus, *pseudomembranas filiformes*, longitudinis quinque sex pollicum, crassitiei trium circiter linearum, coloris ex albo rubri, repetitis vicibus, ab ipsa aegra ex imis faucibus extractas vidimus[15]). Nec

bilitas quaedum oritur. Hinc in hydrophobia ab aquae adspectu, mentum sterno adprimitur aliquando et scapulae spasmodice retro et ad superiora trahuntur; atque sensatio anxia ex scrobiculo cordis ad oesophagum, pharyngem ascendit, et pharyngem occludit" (Ex schedis).

12) „Sane quotquot dolorificum quempiam in gula habent affectum, *omnes dorsi quoque dolorem sentiunt;* cujus rei caussa perspicua est vobis, qui gulam spinae incumbentem vidistis". Galenus l. c. — Et Forestus (Lib. XV. obs. 31. Schol.): „omnis oesophagi dolor in *spinam dorsi incumbit*, in quam gula quoque reclinat et adhaerescit".

13) „. . . . ac praesertim si *supinus*, qui laborat, jacens, transglutire quippiam conetur. Quocirca situm transformare atque erigere se student, ex accidente ipso edocti faciliorem in hac forma sibi fieri deglutitionem . . . ." (Galenus l. c.).

14) Honkoop l. c. §. 41.

15) Memorabiles iste casus Vilnae 1820, in virgine octodecim annorum, sub provecto jam morbo ad urbem delata locum obtinuit. Duodecimo eius die advocatus, aegram

ec deerat, ab aliis jam in oesophagitide obser-
tus singultus [16]).

§. XVIII.

Caussae. Necroscopia. Diagnosis.

1. Praeter peregrina pharyngi et oesophago in-erentia, ac intempestiva ea extrahendi cona-ina [1]), earum partium phlogosin excitant venena ria [2]), ambustio [3]), nicotiana Hispanica [4]), ira cum Caussae.

symptomatibus febris catarrhalis gastrico-nervosae decumbentem inveni. Maxime urgebant diarrhoea, impedita deglutitio, vomituritio, socia indicatâ evacuatione pseudomembranarum. Eas primo intuitu pro ascaridibus lumbricoidibus jam necatis habui; ast propius examen suspicionem minime confirmavit. *Croup* nullum aderat signum. Morbum itaque pro *oesophagitide polyposa* declaravi. Aegra post triduum, brevia *aphtharum* apparitione, obiit. Cadaveris sectio obstinate recusata est. Allata itaque diagnosis praecipuo destituitur fulcro. Interea innititur doctrinae de polypis oesophagi (cap. IX. §. XXVI), observationi SCHENKII a GRAFFENBERG (Lib. III. obs. 9) utpote qui de membrana loquitur fibrosa, livida, vomitu rejecta, et recentiori de *diphtheritide* doctrinae.

16) VAN DOEVEREN teste J. V. VAN ENGELEN in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 9. p. 689. nota.

1) Cap. IV. §. XIV. No. 3.

2) Ancilla vindobonensis, noctu vehementer sitiens, lectum egreditur, lagenam, quam aqua repletam putavit, avide arripit, repente ori admovet, indeque haustum deglutit. Oris cavum, fauces, oesophagum et ventriculum sibi mox comburere sentiens, tremendos ejulatus edit. Accurrens in auxilium pater familias lagenam *aquam* sic dictam *fortem* continere desperabundus fatetur. Mox misera ad nosocomium civicum universale deportatur, meaeque

cum vehementi nisu musculari [5]), frigus corpori aestuanti incaute admissum [6]), contagia scarlatinae [7]), variolarum [8]), rabiei caninae [9]), et maxime aphthae [10]).

2. *Ca-*

curae committitur; ast jam sequenti die (2. Februar. 1800) animam reddit. — Plurima eiusmodi exempla exstant, inter alia apud B. ROUSSEUM (Miscellanea seu epistol. med. Lugd. Bat. 1590. Epist. 9), BLANCARDUM (Collect. phys. med. Cent. V. No. 32.) et RICHARDUM de HAUTESIERK (*Recueil d'observ. de médecine Vol.* 2. p. 491 sq.) de violentis faucium, oesophagi et ventriculi inflammatione, tam ex *oleo vitrioli* per errorem epoti, quam ex *aqua regia* similiter epota, dein alii malitiose porrecta. — De *cantharidibus* mox infra (No. 2).

3) Praesertim ubi infantes sibi ipsis relicti machinam parando *potui theae* dicatam adeunt, atque ex fistula ei annexa aquam fervidam hauriunt, cujus infortunii casus legitur ex *Dublin hospital reports* in GERSON *Magazin der ausl. Liter. der gesammt. Heilk. B.* 4. p. 489. vide et MARSHALL HALL *Bemerk. üb. das Verbrennen des Schlundes u. Kehlkopfes* in FRORIEP *Notiz. a. d. Geb. d. Nat.- u. Heilk. Bd.* 4. *No.* 1. p. 7. — De ipso *potu theae*, ut morborum oesophagi caussa, cap. VIII. §. XXIII. No. 2. quaestio erit.

4) l. vix citato.

5) BARON in GERSON's *Magazin* citat. *B.* 11. p. 333.

6) Sic VAN ENGELEN (l. c.) oesophagitidem notavit ex aqua selterana sub summis aestivis caloribus, aestuante corpore epota.

7) BLEULAND (l. c.) se ipsum sub scarlatinae curriculo oesophagitidem perpessum esse fatetur. Nec gulae illo in morbo affectio a me praetervisa est, uti ex duobus locis editionis secundae P. 1. Vol. III. Sect. 1. cap. 1. §. II. No. 2 et 5 eluce-

8) HAEN (ratio medend. T. VI. §. 557) monet, „ante eruptionem variolarum BALLONIUM vidisse summam difficultatem deglutiendi". De variolis oesophagum obsidentib-

2. *Cadavera* oesophagitide recenter defuncto- Necroscopia.
um exhibuerunt (praeter gulae internae super-
ciei a lympha coagulabili obductionem[11])), ubi
logosis originem traxerat ab acidis mineralibus,
osionem[12]); ubi a cantharidibus secessum mem-
anae mucosae[13]), et ubi a potu aquae fervidae,
gas ac si vesicatorium impositum fuisset[14]).
fectus oesophagitidis serotini speciatim in se-
entibus capitibus illustrabuntur.

3. *Pharyngitis* et *oesophagitis acutae* (aliquando Diagnosis.
oup junctae[15]), sub graviditatis curriculo evo-
lutae[16])

vide edit. secund. l. c. cap. IV. §. XVIII. 5. Adde: HOWSHIP *practical observations in surgery and morbid anat. Lond.* 1816. p. 253.

9) Pharyngem et oesophagum in rabie canina saepius quidem at non semper inflammari, debito loco (P. IV. Vol. II) demonstrabitur.

10) P. III. Vol. I. cap. XXXV. §. CXXXVII. 4. Et BAILLIE *Anatom. des krankhaft. Baues.* vers. germ. SOEMMERRINGII. *Berl.* 1820. p. 50; — HEYNE in *Dublin hospital reports. T.* 4.

11) BAILLIE l. c.

12) Sic in aegrota vindobonensi, de qua supra.

13) *Empoisonnement par les cantharides en poudre, suivi du détachement et de l'expulsion de la membrane muqueuse de l'oesophage; par Mr.* BOUQUAYROL. *Annales de la médecine physiologique. Octobr.* 1829. — *Revue médicale Janvier* 1830. — FRORIEP *Notizen B.* 27. *No.* 3. p. 41. — Cfr. BARTHOLINUS in Act. Havniens. Vol. I. obs. 119. Vol. III. obs. 30.

14) MARSHAL HALL. l. c.

15) Casum a me observatum descripsit discipulus quondam meus NAUHUMOWICZ in Dissert. cynanches laryngeae bina exempla addita epicrisi exhibente. Vilnae 1812. obs. 1. p. 5. Vide etiam: MOURONVAL *observation d'un croup uni*

lulae[16]) et, ni fallimur, a febre puerperali non semper alienae) sunt *traumaticae, catarrhales, rheumaticae, exanthematicae.* — *Traumaticae* corporibus peregrinis pharyngi et gulae inhaerentibus[17]), rebus acribus et fervidis deglutitis[18]) ortum debent. — *Catarrhales* re ipsa febres eiusdem nominis cum peculiari adfectione membranae mucosae pharyngis aut oesophagi sistunt[19]). Morbus hic (sane non rarus[20])) juxta communem suam indolem, cum secretione partis affectae deletâ, aut quod idem est, cum *siccitate*[21]), deglutitionem dolorificam reddente[22]), incipit. Serius vero re-
sti-

à une angine pharyngienne. Journ. complémentaire du dictionnaire des sciences médicales. Août 1826. p. 107. Cfr. BRETONNEAU *des inflammations spécielles du tissu muqueux et en particulier de la* *diphthérite. Paris* 1826. — HAMILTON junior in *Edinburgh Journal of medical science* 1826; — NAUMANN in HECKER's *wissenschaft. Annalen der gesammt. Heilk. März* 1833.

16) BLEULAND l. c.

17) Oesophagitis traumatica et biastica HARLESSI l. c.

18) Oesophagitis corrosiva et encaustica ejusdem.

19) Describuntur nominibus *anginae catarrhosae* (BOERHAAVE §. 787), *oedematosae oesophagi intumescentiae* (SWIETEN comment. ad cit. §.), et *obstipationis gulae* (VAN GEUNS l. c. p. 199).

20) Non dicerem cum REILIO (*über die Erkenntniss und K... der Fieber B.* 2. p. 384). „*Die Krankheit Oesophagitis entstehet meistens von einer absolut äussern Ursache, von einer Verbrennung des Schlundes, von einem verschluckten mechanisch oder chemisch reizenden Körper*".

21) CAPPEL *medicin. Beobachtungen. B.* 1. p. 56. p. 328.

22) „Multum autem hîc juvat *muci* ex fontibus jam excit...

ituitur non solum secretio, sed copiosius, quam ır foret, a pharyngis et oesophagi *membrana rgescente et oedematosa*, largitur, idque cum mostiis in tractatu de *febre pituitosa*[23]), huc quanoque revocanda, enumeratis. — Etsi *febris rheuatica* in fibras musculares oesophagi saevire sicae *oesophagitidem* analogam gignere posset; longe men frequentius ea *musculos pharyngis*[24]), unius epe lateris[25]), aggreditur. *Pharyngitide* hac *eumatica* vigente, musculi affecti, ut in rheuatismo acuto, motum plus minus recusant, unde glutitionis facultas deletur, aut saltem quamaxime dolorifica redditur. *Chronicam* magis inlem exhibent *pharyngitis* et *oesophagitis metaıtica*, ad quas passim pertinere possent *dysagiae* ex cohibita aphtharum evolutione[26]), ex impe-

tis copia, neque enim sine eo gula quidquam absque summo dolore dimitteret; neque aspera et arida, aut acria absque irritatione sentientis membranae pharyngis transeunt". Haller elem. physiol. T. VI. lib. XVIII. sect. II. §. 25. ex Haenio de deglutitione vitiata. p. 59.

3) Edit. secundae. Part. I. Vol. I. Sect. II. cap. IV. §. XXIV.

4) Musculi stylohyoideus, styloglossus, stylohyoideus, hypoglossus, stylopharyngeus, constrictores pharyngis etc.

5) „*Manchmal wird die Entzündung dieser Theile dadurch besonders deutlich, dass der Schmerz anfangs hauptsächlich nur an einer Seite fühlbar ist, und genau die Lage und den Gang eines dieser Muskeln, z. B. des Stylohyoidei, bezeichnet*" (Vogel l. c. p. 127).

6) Magnus Ström *von einer durch eine Versetzung entstandenen Schwierigkeit des Schlingens.* Ex Novis actis soc. R.

impedita salivatione [27]), ex scabie suppressa [28]), ex chloasmate fugato [29]). De certiore *phlogosi chronica pharyngis* et *oesophagi*, capitibus sequentibus, ubi illarum partium adfectiones scrophulosae, arthriticae, syphiliticae et carcinomaticae ad trutinam vocabuntur, quaestio fiet.

§. XIX.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. De *prognosi* pharyngitidis et oesophagitidis a *peregrinis inhaerentibus* dictum est [1]). Quae a *rebus acribus* et *encausticis* (quandoque impune deglutitis [2])) oriuntur, omnium, concessis tamen ex-

medic. Havniens. Vol. IV. p. 292 in *Samml. ausserl. Abhandl. für pr. Ärzte. B.* 21. *St.* 2. *p.* 15.

27) Dobson in *medical observat. and inquiries. Vol.* 6.

28) Bang in Actis Soc. R. medic. Havniens. Vol. I. p. 10. — Bleuland l. c. obs. 1.

29) J. F. Frank epitom. de cur. hom. morb. T. IV. p. 92.

1) Cap. IV. §. XIII. No. 2.

2) „Epidermidi gulae et ventriculi debetur, inquit Haller (l. c. Sect. III. §. 3. Not.) quod varii homines acerrima venena fusaque metalla, absque praesente interitu deglutire potuerint". — Thermas illaesa potabat femina apud Salmuthum (observ. med. lib. III. obs. 3.) qui et de voratoribus vitrorum narrat. Nihil autem magis mirandum quam dexteritas qua nonnulli corpora extranea voluminosa, ut libere ad ventriculum deducunt vicissimque reducunt. A viro sese Indianum dicente, gladium ventriculo immissum ipse vidi. Qui antiquioribus exemplis edoceri cupiverit, hic Schurigii opus citatum p. 322 adeat, ubi de cultrivoris, gladivoris, vitrivoris, lapidivoris, ignivoris, venenivoris et cunctivoris exempla narrantur.

ceptionibus [3]), pessimae. Accedunt *exanthe-ticae.* Minoris momenti *catarrhales* et *rheuma-ac*, ubi in aegris alioquin sanis, juvenibus, pro ima vice, evolvuntur riteque curantur. Aliàs, negatâ videlicet phlogoseos resolutione, ad mor-rum mox recensendorum catervam excitandam, lenter concurrunt.

2. Quum *cura* pharyngitidis et oesophagiti-, a peregrinis inhaerentibus jam explanata sit [4]); um illa istiusmodi morborum quatenus a rebus ibus et encausticis oriuntur, cum therapia *ga-itidis* [5]) ex iisdem caussis, conveniat; quumque aryngitis et oesophagitis, catarrhalis, rheumatica, anthematica juxta praecepta variis *anginae* spe-bus medendi [6]) tractari debeat; nos sine ambagi-us ad difficiliorem doctrinam partem convertimus. Cura.

CAPUT

) Sat facile sanari qui aquam fortem bibunt asserit STAHL (mater. med. p. 251). A spiritu vitrioli deglutito ardor faucium, ventriculi, intestinorum brevi sublatus est, teste TIMAEO (Lib. VII. cap. 12). Et aeger ROUSSAEI (l. c.) convaluit.

) Cap. IV. §. XIV. 5) Cap. XXIII. §. XCIV. 2.

Part. III. Vol. I. Sect. I. cap. XXXIV.

Caput VII.

De pharyngis et oesophagi suppuratione, ulcere simplici, gangraena et marcore.

§. XX.
Suppuratio.

S. pharyngis.

1. *Suppuratio* plerumque in textu celluloso inter parietem posteriorem *pharyngis* et faciem anteriorem vertebrarum cervicalium locum obtinet[1]). Ea progrediente deglutitio omnino deletur, accedente, veluti in *croup*[2]), suffocationis periculo. Aegrorum plurimi simul de scapularum acuto dolore deque sensu, ac si aliquod corpus in faucibus fluctuaret, conqueruntur. Abscessus, de quo agitur, plerumque erysipelatis fugati[3]) aut pere-gri

1) Observationes meae de hoc pluries mihi viso morbo omnino cum illa a Francisco ab Hildenbrand allata (Annales Scholae clinicae Ticinensis. Papiae 1826. Part. I. p. 196) conveniunt.

2) Part. II. Vol. II. Sect. I. cap. III. §. XII. 6. monui abscessum in cellulosa pharyngem inter et vertebras cervicum *croup* confundi posse, monitumque historiâ morbi comprobavi.

3) Priou *abscès métastatique derrière le pharynx, suite de rétrocession d'un érysipèle à la face* (Revue médicale Ma

-inorum pharyngi inhaerentium, effectum sistit. ix faucium intuitu, facile autem digito ad eas erducto detegitur. Nisi aut sponte, aut pharyn-tomo in pharyngem, vel circa collum [4]) aperie-r, suffocatio praesto est [5]). Eo rupto pericu-m cariei vertebrarum cervicalium [6]), saltem in letudinariis, restat. — Singularis est observatio *ppurationis musculorum pharyngis* sociis dyspha-a et paralysi lateris dextri [7]).

2. *Suppuratio oesophagi*, jam a *Galeno* gra-ice descripta [8]), deindeque saepius observata [9]), argui- S. oesophagi.

1830. p. 465. *Bulletin des sciences médicales.* 1830. *Juin* p. 448).

4) Cap. IV. §. XIII. 2.

5) Sic casus VAN DOEVEREN docet a BLEULAND relatus. Diss. cit. p. 30. *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 9. p. 686.

6) Cap. III. §. VII. 3.

7) J. HUNTER teste S. G. VOGEL in *Handb. d. pr. Arzneyw. B.* 4. p. 187.

8) De locis affectis. lib. V. cap. 5.

9) BENIVIENI de abditis morborum causis. cap. CIV. — RIVIERE obs. med. cent. II. obs. 10. cent. IV. obs. 60. — STALPARTUS VAN DER WIEL observat. rarior. T. I. obs. 25. — *Mémoires de l'académie de chirurgie T. I.* p. 462. — BRUNNER de glandulis duodeni. Frankf. 1715. cap. X. p. 136. — J. FR. ZIESNER rarus oesophagi morbus. Regiom. 1732. in HALLERI disput. ad morb. hist. et curat. facient. T. VII. p. 629. — VATER diss. de deglutitionis difficilis causis abditis. Vitemb. 1750. in HALLERI disput. cit. T. I. p. 577. — HALLER element. physiolog. T. VI. sect. IV. — MORGAGNI op. c. epist. XXVIII. art. 9. — GYSER de callosa oesophagi angustia. Argent. 1770. — VAN DOEVEREN diss. observ. anat. patholog. Lugd. Frank Prax. III. I. 2.

arguitur, si irritis artis conaminibus nulla status inflammatorii resolutionis signa obveniant, sed contra eius symptomata potius invalescant, aegerque vigiliis, capitis atrocissimo dolore cum intumescentia faciei, pressione vehemente in dorso intra scapulas, spasmis, convulsionibus [10]), et stupore

Bat. 1789. — WATSON in SIMMONS *medic. communicat. Vol.* 1. *Nr.* 18. 19. — GARTSHORE ibid. No. 20. — BLEULAND de sana et morbosâ oesophagi structura. p. 54. — KNEPPELHOUT sect. cadav. patholog. Lud. Bat. 1805. obs. 2. p. 18 Tab. I. — HARLESS *Handb. der ärztlichen Klinik. B.* 2. p 458. — CASSAN in GERSON'S *Magazin der ausl. Liter. der gesammt. Heilk. B. II.* 1826. p. 333. — BARRAS in *Bulletin des sciences médicales. T.* 8. p. 207.

10) ,,Quam horrenda autem mala fieri possint, antequam abscessus tali loco haerens rumpatur, docet sequens casus. Puella sanissima, septendecim annos nata, corripiebatur periculosissima angina, cum valida febre. Cumque jamjam suffocandam credebant omnes, subito praeter omnem spem detumuerunt fauces; verum successit dolor cum ponderis gravantis sensu circa sterni summitatem, ubi illud claviculis jungitur. Simul sensit molestiam in deglutiendo quae quotidie increvit, donec tandem puram etiam aquam deglutire tentans *convelleretur illico horrendum in modum* mortuae instar jaceret. Conclusit tamen medicus, materiam inflammatoriam subita metastasi oesophagum occupasse, atque tumorem fecisse, qui a deglutitis irritatus acerbissimum dolorem et *horrendas convulsiones* excitaret. Mollissimo fomento externe applicato, et blando vulnerario decocto potato, post triduum crepuit abscessus, et puris copia et foetore fere suffocabatur aegra. Potata autem larga aquae calidae quantitate et vomitu rejecta, eluebatur tota haec saburra feliciter, et liberabatur misera tantis malis, quae per bimestre spatium toleraverat, post

ore brachiorum [11]) excrucietur ac prorsus deglutire nequeat. Certitudo mali habetur, si versus decimum quartum morbi diem [12]), praevio interdum ruptionis in gula sensu, pus cruori mixtum vomitu cum levamine rejiciatur [13]), aut praeviis abdominis doloribus per alvum secedat [14]). —

F 2 Aper-

eaque se bene habuit" (Ex *Medical essays* T. I. cap. 27. p. 274. — Swieten comment. ad Boerhaavii aphor. §. 814).

11) Vater l. c. hist. I.

12) In sano, robusto et aetate florente homine, de quo Vater (l. c.) narrat, ex deglutitione spiculae ossis, herbis admixtae, in oesophago remoram facientis „factum est ut *abscessus* ibidem generatus, *decimo quarto die* aperiretur, et insignis copia materiae purulentae evacuaretur, atque sic aeger, hucusque perpetuis doloribus atque vigiliis misere excruciatus, adeoque in certissimo vitae periculo constitutus, mortis faucibus eriperetur".

13) „Accidit procedente tempore ut laborans ipse *ruptionis sensum* perciperet, ac subinde *pus evomeret*, non solum eodem, sed postero die atque tertio; deinde succedebant ei deinceps omnia ulceratae gulae signa". Galenus l. c. — Bleuland (l. c. p. 54) „memini, ait, me ipsum inflammatione in faucibus, loco, magis inferiora versus, quam qui in angina inflammatoria occupatur, correptum esse, comitantibus dolore acerrimo, febre continua acuta cum delirio, satis valido, dum plenarie eram privatus potentia nixum deglutitionis edendi: abibat malum hoc in suppurationem, ita, ut abscessus formatus doloris quidem ac febris adferret remissionem; sed omnium aeque potulentorum ac esculentorum transitum impediret: rupto autem eo et eructata magna puris quantitate sensim pristinum oesophagus recuperavit vigorem, quo et adhuc laetus gaudeo".

Aperto sic in oesophagi cavum abscessu aeger, dummodo caeterum sanus, juvenis et vegetus (quamvis introitus alimentorum in apostematis cavum curationi obstare debeat) sat facile sanitatem adipiscitur [15]). Secus si fuerit valetudinarius, aetate provectus ac lue aliqua contaminatus; tunc etenim morbi quidem vis pro tempore remittit [16]), ast ocyus serius horrores pomeridiani, calore vespertini, sudores nocturni, deglutitio cum dolore ardente peracta [17]), cruciatus inter scapulas vomi

14) Barras l. c. p. 208.

15) Prosequitur Vater (l. c.): „subita enim rerum mutati nunc facta est, dolor remisit, deglutitio sensim facilic reddita est, atque continuatis antecedentibus, vir cum sanitate in gratiam rediit, atque ad hunc usque diem (a anno 1745 — ad annum 1750) pancratice vivit". Simile casum observavit Benivieni (l. c.). Cfr. et Baron (l. c.

16) „Quodsi tumor autem phlegmonodes fuerit, aut erysipelatodes, accedit ei pariter et dolor et sitis et mul caloris sensus *et febris non admodum ardens* quae siti pro portione haud admodum respondet" (Galenus l. c.).

17) „Etenim *sive acria sive acida, sive salsa, sive acerba de voraret, vellicationem, aut astrictionem sentiebat*, dol batque hac in parte, vel nihil deglutiendo, sed moder tius; vehementiorem enim dolorem excitabant morden et adstringentia" (Galenus l. c.). — „*Morsus vel adstri tio ulceris inter devorandum percipitur*, idque praesertim, bene frigida, aut calida, aut acerba sint, quae degluti nonnullos autem et gulae ipsius dolor invadit ad int scapulum usque interdum pertinens: vomunt pituitos nonnunquam si morbus producitur, et invalescit, cib rejiciunt, cibos sumere fastidiunt: febres haud ita m tum continuae, sed erraticae sunt" (Aretaeus lib. cap. II).

omiturittiones, rejectio puris et macies de *phthisi* *sophagea ex vomica* (ab alia, *tuberculosa* aeque thali, originis *chronicae*[18]), distinguenda) testan-r. Exteriori enim oesophagi membranâ (a pleura tum trahente) adhuc existente[19]), pus in ven-culi cavum ruit, partim vomitu rejicitur, par-n absorbetur, et verisimiliter sanguini mixtus, brem hecticam accendit.

§. XXI.

Ulcus simplex. Gangraena. Marcor.

1. *Ulcus* a vomica oesophagi relictum, eius l initium vel finem, rarissime medium, occu-t. Est superficiale, a levi duritie circumdatum, cicatricem relinquens[1]). Elucet inde illud plane ab

Ulcus simplex.

18) „Quum aliquando hujuscemodi symptomata (dysphagiae) *longo temporis tractu* apparuissent, accedente nonnunquam ephemera febre, nonnunquam etiam horrore, quum conjiceremus abscessum concoctu difficilem esse in gula" (GALENUS l. c.).

19) „In oesophagi interna superficie, abscessus disruptus reperiebatur, nucis juglandis magnitudine; a quo in duas partes divisus, ac si scalpello per tunicas discissus fuerit, *sola exteriore tunica leviter adhuc cohaerente*, licet et haec sphacelo erat correpta" (ZIESNER l. c. p. 638).

1) BAILLIE *Anatom. des krankh. Baues*, vers. SOEMMERING *Berlin* 1820. p. 52. („*Geschwüre des Schlundes sind bisweilen von einer gemeinen Natur. . . . Entstehen Geschwüre im Schlunde von einer gemeinen Entzündung so ist die Structur des Schlundes an der Stelle die unmittelbar das Geschwür umgiebt, ein wenig verdickt, und hat das Ansehen der in Geschwüren gewöhnlichen Anfressung*").

ab exulcerationibus oesophagi scrophulosis, syphiliticis et carcinomaticis [2]), distinguendum esse. Interea non spondemus indurationes et cicatrices ab ulcere ut ut simplici et insonte relictas, tandem in graviora mala transire posse [3]); quae inter saepissime oesophagi condylomata [4]).

Gangraena.

2. Sicuti angina, ita pharyngitis et oesophagitis in *gangraenam* transeunt [5]). Exitus hic potissimum, ubi inflammatio a venenis excitata fuit, observatur. Signa illius cum symptomatibus gangraenae ventriculi [6]) conveniunt. Gulam a gangraena perforatam fuisse legimus [7]).

3. A

2) Cap. IX.

3) „*Wenn aber auch ein solches Eitergeschwür glücklich aufgehet, und das Eiter durch den Mund ausgeworfen wird, so kann sich doch der Fall leicht ereignen, dass die Oeffnungen offen bleiben, oder* g r o s s e *N a r b e n entstehen, welche den Weg durch die Speiseröhre Anfangs einigermassen verengern und in der Folge durch die beständige Reizung der durchgehenden Speisen und Getränke immer zunehmen, so dass endlich eine vollkommene Verstopfung in diesem zum Leben so nothwendigen Kanal entstehen kann*". BLEULAND l. c.

4) S. RHODIUS obs. cent. II. obs. 46. — BONET sepulchr. l. obs. 12. — SCHURIG chylolog. p. 263 et 274. — SCHNEIDER *chirurg. Geschicht. B.* 10. — KUNZE comment. p. 74.

5) Epidemice grassantia ulcera ad oesophagum et asperam arteriam commemorantur a RICHARD DE HAUTESIERK (l. c. T. I. p. 400). De gangraena oesophagi sporadice exempla exstant apud WILMER *Monthly Review. Lond.* 1779. p. 391. — TARANGET *Journ. de méd. T.* 67. p. 254. — BAADER obs. med. XLI. Recusae in SANDFORTI thesaur. dissert. — *Journ. de médecine continué. T.* 14. p. 323.

3. A gangraena haud multum differre, et a itio scorbutico[8]), nec non a deleto nervorum nperio, derivandus videtur *marcor oesophagi* (*oephagomalacia*), ubi eius videlicet membranae a friabiles redduntur, ut digitis conteri possint, minima adhibita vi, perque ipsum vomitum[9]) lacerantur. Marcor.

4. Quum abscessus et ulcus oesophagi in hoinibus sanis, vegetis et juvenibus, sponte sanen- Cura.

6) Cap. XXIII. §. XCIII. No. 6.

7) Heister act. med. phys. Vol. I. p. 392. — J. Sedillot *observat. d'une oblitération de l'oesophage, suivi de la déchirure de se canal et d'un abscès gangréneux. V. Recueil périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 7. p. 194.

8) Van Geuns l. c. p. 217. — Nahuys l. c. p. 31.

9) Boerhaave historia morbi atrocis Wassenarii. Lugd. Bat. 1724 (Disrupta sub nisu ad vomitum oesophago prope diaphragma, unde res deglutitae in pectoris cavum depluebant, respiratione pedetentim difficiliori reddita ac aegro intra 24. horas demortuo). — Dryden in *Medical comment. of Edinb. Dec.* 11. *T.* 3. p. 35. — Meier in Baldinger *neues Magaz. B.* 3. *St.* 5. p. 386. — Thilow ibid. *B.* 12. *St.* 2. p. 114. — Reil *Krankheitsgeschichte des Oberbergraths Goldenhagen. Halle* 1788. V. ipsius *Arch. für Physiol. B.* 4. p. 379. — Guersent in *Bulletin de la soc. de médec. continué. T.* 13. — Beyerle *über Dysphagie durch Degeneration des Schlundes*; in Graefe *und* Walther *Journ. f. Chir. u. Augenheilk. B.* 1. *Heft* 3. p. 459. — Jaeger in Hufeland's *Journ. d. pr. Heilk. B.* 32. *St.* 5. p. 16. — Schmidtmann in *Abhandl. der phys. med. Societät in Erlangen. B.* 1. p. 135. — Thaer *Fall einer Erweichung des Magens und Oesophagus*, in Casper *Wochenschrift für die gesammte Heilk. Berl.* 1833. *No.* 3. — Hesse in Pierer's *allg. med. Annalen.* 1826. *Decembr.* p. 1640. Crf. cap. XXIV.

nentur, quum aliàs, aeque ac in gangraena et marcore, nulla sanationis spes adsit, *medendi methodus* haud requiritur operosa. Donec itaque abscessus rumpatur, *cataplasmata emollientia* circa collum applicanda, aegerque clysteribus nutrientibus sustinendus. *Injectiones* quas per siphonem cum rostro curvo instituendos suadent[10]), potius angustias augebunt; quod etiam a sapone ope machinae *Mudges* vel *Read*[11]) expectamus. — Ad rupturam abscessus promovendam, an vomitus modis indicatis[12]) promovendus? — Posset sane juvare, sed quid si gula sub vomendi actu rumpatur? Ad oesophagi *ulcus* curandum, usum *spongiae*, *stylo flexili alligatae*, *linctibusque balsamicis munitae*, proposuere[13]); nostra autem in remedia balsamica fides tanta non est, ut tali consilio subscribere possimus. — Stabilita *phthisi oesophagea*, praeter usum *lactis tepidi* cum *aqua selterana*, *linctus ex gummi arabico*, *oleo et syrupo violarum*, *decocta salep*, *althaeae*, *lichenis islandici* (pluries ad extrahendum antea principium amarum abluti) et *infusi seminum phellandrii aquatici*, nihil quod commendatione dignum foret, noscimus.

Caput

10) Vater l. c. 11) Vid. cap. V. §. XV. No. 2.
12) Cap. IV. §. XIV. No. 3. 13) Vater l. c.

Caput VIII.

e pharyngis et oesophagi adhaesioibus morbosis, hypertrophia, crassitie, callositate et lithiasi.

§. XXII.

Exempla.

1. Legitur de pharynge cum musculis vicis ita concreta, ut vix pisi magnitudinis aperra superesset [1]). Quandoque *oesophagus pseudoembranarum* ope *annectitur aortae* [2]), *pulmoni* [3]), *inae vertebrali* [4]). Visae sunt pseudomembranae uno ad alterum gulae parietem decussatim derrere [5]). Immo de *coalescentia* laterum oesoagi [6]), deque *atresia* post variolas [7]), narratur *mphysis oesophagi*). Adhaesiones morbosae.

2. In-

1) Haase diss. sistens caussas difficilis deglutitionis §. 6. (observatio Baldingeri).

2) Van Doeveren l. c. — Sandifort museum anatom. p. 242. Tab. CV. fig. 1. 2. Tab. CVI. fig. 1.

3) Hopfengaertner in Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk. B.* 6. p. 556.

4) Sampson Miscell. acad. nat. cur. dec. I. ann. 3. obs. 170.

5) Van Geuns l. c. p. 397 („*mit verschiedenen Fäden zusammengeheftet*").

6) Verheyen anatom. Tract. III. cap. X. — Bonet medic.

Hypertrophia et crassities.

2. Interdum pseudomembrana sese superficiei oesophagi internae *adponit* [8]. Aliàs lympha coagulabilis non quidem pseudomembranam efformat; sed inter cellulosam fibrarum muscularium, aut inter ipsas membranas oesophagi deponitur. Nascitur inde gulae *hypertrophia vel crassities*. Sic membrana muscularis oesophagi veri *musculi* formam adepta est in viro qui ruminatione delectabatur [9]. *Crassities* membranarum oesophagi pe[r] trium digitorum transversorum curriculum ad di[-] midium pollicem evecta est [10].

Callositas.

3. Nec *callositatis oesophagi cartilagineae* [11] desunt exempla [12], nunc super cardiam annul[i] instar [13], nunc ad partem superiorem oesophagi [14] nun[c]

septentrional. P. I. p. 504. — MARTINI in RUST'S *Maga[zin]* *der gesammt. Heilk. B.* 19. *Heft.* 3. p. 433.

7) Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 9. obs. 45. — BRACHTFELD in Act. med. societ. Hafn. Vol. I. obs. 109. — MORGAGNI l. c. epist. XLIX. art. 33. 34.

8) KUNZE comment. p. 50.

9) BARTHOLINI histor. anat. rar. cent. V. hist. XVI. T. I p. 31. — BONET sepulchr. anat. lib. III. sect. V. obs. 9.

10) HAGSTRÖM *kongl. Vetensk. acad. nya Handl.* 1798. 16. *No.* 6. p. 298. — RUDOLPHI *Schwedische Annalen B.* *St.* 2. p. 27.

11) Dyscatabrosis stenochorica, tylotica PLOUCQUETI, dy[s]phagia callosa SCHMALZII (*diagnostische Tabellen*).

12) TRILLER diss. de fame lethali ex callosa oris ventric[uli] angustia. — GYSER diss. de fame lethali e callosa oesopha[gi] angustia. Argent. 1770. — J. W. FRANCIS in *Transactio[ns]* *of the literary and philosophical society of New-York.* 18[..] — FLETCHER l. c.

unc a claviculae regione incipiendo usque ad venliculi illam[15]), nuncque sub forma excrescentiae[16]). allositates ejusmodi modo per se exstant, modoue adhaesiones morbosas[17]), erosiones[18]), ulcera[19]), dilatationes[20]) et lithiasin oesophagi cias agnoscunt.

4. Reperta enim est *conversio oesophagi in substan-* Lithiasis.

13) Becken Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 4. obs. 67. — Bonet sepulchr. l. c. obs. 9. — Vallisnieri *opere fisico mediche. Venez.* 1733. *Vol.* 3. obs. 36. p. 208. — Schalhammer diss. de morbis fibrae muscularis ex materiae mixtura mutata cognoscendis. Hal. 1798. p. 33. fig. 6. Recusa in Reil's *Archiv für die Physiolog. B.* 4. p. 287. Tab. I. — Luther in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 8. *Heft* 1. p. 117. — Memorabile exemplum callositatis oesophagi super cardiam, nucleum pruni amplectentis, describit Witke in Rust's *Magaz. der gesammt. Heilk. B.* 22. *Heft* 3. p. 565.

14) Collins *System of Surgery. Vol. I. P.* 2. cap. 16. — Warner *Cases of Surgery. obs.* 9.

15) Sampson Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. obs. 170.

16) Bonet l. c. obs. 9. — Cfr. Graeff diss. de callosa excrescentia oesophagum obstruente, mortis caussa. Altdorf. 1764.

17) Bonet l. c. lib. III. sect. IV. obs. 8. — Haase l. c. p. 17.

18) Cerutti descriptio musei patholog. anat. Lips. sub. No. 882. — Kunze comment. p. 48.

19) Commerc. Liter. Norimb. 1741. hebd. XXV. p. 196; — Ehrlich *chirurgische auf Reisen gesammelte Beobachtungen B.* 1.

20) Grashuis Act. acad. nat. curios. Vol. VI. obs. 73. p. 265.

stantiam osseam[21]) mox retro laryngem[22]), et prope ventriculum[23]). — Aliàs *concrementa lapidea*[24]) inter membranas oesophagi evoluta deglutitioni infensa erant[25]).

§. XXIII.

Symptomata. Caussae.

Symptomata.

1. Ubi pharyngitidis aut oesophagitidis perfecta resolutio obtineri haud potuit, convalens, caeterum valens, alimentaque appetens, libertatem deglutiendi, qua prius fruebatur, praesertim respectu ad cibos, *non* adipiscitur. — Aliàs deglutitionis difficultas lente ingruit, ac annorum tantum curriculo in impotentiam cibos assumendi transit. Utroque in casu aeger ipse locum obstaculi indicar

21) Abrahamson in Meckel's *neuem Archiv der pr. Arzneiw.* *B.* 1. *No.* 16.

22) Metzger obs. de viro fame consumto ob osseam oesophagi angustiam; in Adversariis medicis. Traj. ad Mosam. 1774. Vol. I. p. 175. No. 5.

23) Walter *anatom. Museum. B.* 1. p. 140. *No.* 278.

24) Forestus observ. lib. XV. obs. 28; — Fel. Plater obs. med. p. 208; — Bonet l. c. lib. I. sect. XXII. obs. 3. — Act. acad. nat. curios. Vol. VI. obs. 68.

25) Jacobaeus apud Bartholin in Act. med. Hafniens. Vol. I. obs. 119. p. 212 (Vir per biennium et ultra deglutitionis impedimentum experiebatur; tandem *crusta lapidea* ab oesophago secessit ac per alvum evacuata est. aegro sanato). — Laz. Riverius obs. med. Hagae 1659. p. 352 (V. sexaginta annorum saepius phlogosi partis superioris oesophagi obnoxius erat. En *concrementum lapideum*, formae pisi, inde in conspectum veniens, et morbo habituali finem imponens).

are solet: percipit enim quadam in oesophagi arte ac si cibi per locum aridum, tensum et anustum transirent. Potu [1]) itaque vel alio cibi ustulo descensum eorum adjuvare conatur, quid uod ad hunc finem collum extendit aut eum manu eorsum fricat. Postquam deglutita locum affecum (aliquando cum strepitu) transiverunt, aegrous defatigatus, cruditatis sensum in oesophago ercipit. Haec symptomata sensim, accedente doore sub deglutitione, augentur. Ubi sedes morbi rofunda est, deglutiti cibi aliquando rursus per ulam ascendunt [2]) (*vomitus oesophageus**)), alteram c deglutitionem exposcentes. Nec rarus est voitus mox post cibos [3]) utcunque assumptos; potus enim

1) Detharding (Ephem. acad. nat. curios. cent. 1. append. 10. ad obs. 12.) de aegro narrat, qui nihil deglutire potuerat, *quin prius gulam humectaret*, quod in plurimis mihi obvenit.

2) „In obstructo oesophago cibus et peristaltico naturali motu deorsum actus est, et antiperistaltico sursum redit" (Haller l. c. §. 8).

*) Exemplum memorabile ejusmodi vomitus legitur in Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk. B.* 40. (1815.) *St.* 6. p. 47. („*Die flüssigen Sachen* (*an feste Speisen war gar nicht zu gedenken*) *wurden eine halbe Stunde nach ihrem Genusse, wie mit einer Spritze und ohne jene beym Erbrechen gewöhnliche Anstrengung, den Schlund herauf in den Mund und Rachenhöhle emporgestossen*).. Oesophagus ad cardias crassior erat et angustior.

3) Callositas „alioquin ciborum magis quam potionum deglutitioni videtur adversari." Morgagni l. c. epist. XXIII. art. 13.

enim super partem obstructam oesophagi per aliquod tempus remanere solet[4]). Aeger sic diu nutrimento orbatus tabescit.

Caussae. 2. Facile est adhaesiones morbosas, hypertrophiam et crassitiem pharyngis et oesophagi ex praevia inflammatione acuta, lympham coagulabilem largiente, repetere; ast arduum est, de origine callositatis et lithiasis illarum partium rationem reddere. Interea, si perpendamus haec ultima vitia plerumque in aetate senili, apud mares frequentius quam apud feminas, praevioque abusu potus alcohol[5]), cofeae[6]), theae[7]) et fumi nico-

tia

4) Grashuis l. c.

5) Abusui potus liquorum fermentatorum, frequentiam in- durationis oesophagi inter Batavos tribuit Nahuys (l. c. 33), et hodiedum adhuc adscribit Thyssen (*Geschiedkun- dige Beschouwing der Ziekten in de Nederlande. Amst.* 182 Consentit Dorfmüller (in Harless *neue Jahrbücher f die Med. und Chirurg. B.* 12. *St.* 3), nec propria ap Lithuanos inferioris ordinis capta experientia aliter doc

6) Coward de fermento vitali nutritio. Lond. 1695. — C Ellis *Geschichte des Koffees*, quae una cum Lettso *Geschichte des Thees* publici juris reddita est Lipsi 1776. — Vide etiam van Geuns (l. c. p. 231) quatenus p tissimum *qualitatem* cofeae accusat, idque prudenter: enim solus cofeae abusus ad oesophagi callositatem ex tandam sufficeret, hic morbus Venetiis endemicus esse d beret, quod non constat.

7) „*Sollte nicht die dem Thee eigene zusammenziehende E genschaft doch im Hervorbringen dieser Krankheit viel A theil haben?*" (*Anmerkung zu* van Geuns l. c. p. 23 Pulchre Morgagni (op. c. epist. XXVIII. art. 15): „S viri praestantissimi quibus id vitii *oriri videtur a p*

mae [8]), obvenire; *arthritidem* accusandam esse spicamur.

3. Quo pacto morbi, de quibus disserimus, glutitioni officiunt, intelligitur, considerando rigiditatem agilitati obstare [9]), ac parietes gulae volumine vix augeri posse, quin simul canalis lumen minuatur [10]) (*oesophagostenosis* [11])) deleaturque ali- Continuatio argumenti.

aquae fervidae, hoc aevo adeo frequenti: quod ego omnino inficias non eam. Mirabor tamen, cum saepe etiam veteres, et certe cum Sinae, suarum consuetudinum retinentissimi, potu sint usi, utanturque ferventi, non saepius apud eos inventos esse, et inveniri qui laesa, aut impedita laborent deglutitione ..." Dubito interea magnum virum Sinensium morbos haud probe cognovisse, et persuasus sum theae *viridis* principium adstringens simul et narcoticum tubo alimentario insidias struere.

8) Inprimis ubi e mala multorum consuetudine talis fumus aut saliva eo imbuta deglutiuntur.

9) Nahuys l. c. p. 17 („*Dass wenn die Muskelfasern steif, unbiegsam, oder gar in Knorpel verwandelt werden, dieses sie ausser Stand setzt, ihre Kraft an der hinabzuschlingenden Speise auszuüben, ist leicht zu begreifen; da alle steifgespannte und unbiegsame Körper zu jeder Bewegung unbequem sind, hauptsächlich aber zu einer solchen, wozu eine merkliche Veränderung der Gestalt erfordert wird, dergleichen diejenige Bewegung vorzüglich ist, welche bei dem Schlingen in den Fleischfasern der Speiseröhre geschieht*").

10) „In dissecto cadavere totus est (oesophagus) pura cartilago, neque erat pervius, nisi cavitate valde imminuta, vix setam porcinam admittente, sed integra substantia cartilaginea solidior." Bonet l. c. — In casu citato Sampsoni callositas cum tanta gulae angustia obvenit, ut vix seta porcina introduci potuerit. — „Radstadii anno 1769 militem potatorem aperui, postquam inedia longa enectus oc-

aliquando[12]. Vix augeri posse, inquam, nam casus exstat, ubi oesophagus, etsi partim cartilagineus et osseus, deglutitioni (et vomitui) minime obstabat[13]. Peculiaris interdum oesophagi callosi et ossei ad superficiem internam glabrities[14], obstaculum hîc compensare videtur. Contenta denique in ventriculo per locum oesophagi arctatum facilius ascendere quam descendere credimus, quippe vomendi actus illum relaxat.

§. XXIV.

cubuisset. *Oesophagus per totam sui longitudinem callosus erat*, et ejusdem membranae ultra pollicem grassae durae; diameter vero adeo obliteratus, ut vix pilum porcinum hinc inde admitteret" (*Ex Schedis paternis*).

11) F. M. Barggrevk diss. de oesophagostenosi. Berol. 1829.

12) Oesophagum cartilagineum *omnino obturari posse*, Stoffelii observatio docet apud Bonet l. c. obs. 20.

13) Morgagni (op. c. epist. XXVIII. art. 15) Principis narrat casum „cujus *oesophagus* exterius *membranaceus*, interius autem erat *cartilagineus*, immo stomachum versus ad pollicis latitudinem *osseus*. Princeps tamen ille, non modo ultimo biennio quotidie duabus a prandio horis vomuerat, sed et *de ulla unquam in deglutitione molestia, aut difficultate conquestus erat*. An non secus ac sanguis per osseam arteriam cordis vi et retropositarum arteriarum propellitur, cibus quoque a validioribus pharyngis musculis impelli potest per gulam non conniventem, neque explicandam, sed patulam a rigidis parietibus perpetuo servatam?"

14) „*Der Herr* van Beekhoven de Wind, *ein Freund des Herrn* Tronchin, *hat mich versichert, dass dieser zwei Speiseröhren im Besitz gehabt, welche an ihrer innern Seite glatt und eben, und doch ganz und gar verknorpelt waren, ohne dass sonst ein anderer Fehler an denselben zu finden war*" (Nahuys l. c.).

§. XXIV.

Diagnosis. Prognosis.

1. Difficultas vos expectat, morbos commemo- **Diagnosis.**
tos oesophagi a similibus *ventriculi* distinguen-
, idque inprimis ubi illius pars inferior labo-
t. Eam difficultatem, inter alios, diluere sata-
runt Caelius Aurelianus [1]) et Wichmann [2]), qui
imus monet, *vomitum oesophageum* cum *mur-*
ure gargarizante cumque copiosa muci tenacis ac
ivae excretione contingere. Verum similia etiam
vomitu, morborum ventriculi symptomate, anim-
vertuntur. Quamobrem nihil restat nisi dia-
osin ex aegritudinis *curriculo* exque *explora-*
ne oesophagi ope specilli deducere. Obve-
nte hîc obstaculo, ne solum ad praesentiam
rborum hoc in capite illustratorum concludas!
ores enim dantur mox recensendi.

2. Quamvis enim aegroti etiam ex angustia **Prognosis.**
ophagi a praevia inflammatione acuta, *fame*
ire possint [3]), periculum tamen longe minus
quam

De morb. acut. et chron. lib. III. cap. 2 („Durescente autem stomacho, sine ullo fervore atque dolore, caetera communia signa sequuntur: tum *ligneus* earundem partium sensus, et magis inter palas si omnis aruerit stomachus: *sin vero in superioribus, erit transvorandi difficultas, donec ad ejus fundum accepta perveniant*: aut si in eôdem *fundo*, quem Graeci βασιν appellant, fuerit durities, erit transvoratio facilis, sed post ejus perfectionem gravatio sequetur, tum *durities*, atque *extantia* in interioribus praecordiorum").

l. c.

ank Prax. III. I. 2.

quam si malum ex arthritide aut caussis ignotis pullularet. Ibi jam solam deglutitionem, vel oesophagi explorationem opem tulisse observavimus, observaverunt alii[4]) per lucanicae adeo avidam devorationem[5]).

§. XXV.

C u r a.

Generatim. 1. Sanationis spe fretis duo se exhibent auxilia, *mercurius* et *tentamina mechanica.*

Mercurius. 2. Laus *mercurio* contra dysphagias passim generaliter nimis impertita[1]), potissimum ad casus angustationis oesophagi ab aucto diametro membranarum ejus a praevia inflammatione restringenda est. Adhibetur sub forma *unguenti*[2]) (idem

3) Ringlake in *the London medical and physical Journal T.* 48. *Septembr.* 1822.

4) Martini l. c. 5) Schurig chylologia p. 266.

1) Heister *Wahrnehmungen. B.* 2. p. 213; — J. Brisbane *select cases in practice of medicine. Lond.* 1772. p. 17 e *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 1. *St.* 2. p. 136 — S. Platten *von den guten Wirkungen des Quecksilbers in dem verhinderten Schlingen.* Ex *London medical Journal Vol.* 10. *P.* 4. p. 356. in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte B.* 13. *St.* 3. p. 396; — Engelhard diss. casus dysphagiae. Lundae 1796 (v. Rudolphi *Schwedische Annalen B.* 1. *Heft* 2. p. 167); — Stevenson in *medical and physic. Journal* 1802. *Julius* (v. Hufeland und Harless *neues Journal der ausländischen med. chirurg. Literatur. B.* 2. *St.* 1. p. 157); — Sequire in *medical observations and inquiries. T.* 6; — van Geuns l. c. p. 237.

2) Wathen in *Memoir. of the medical Society. Lond. Vol.*

dem quo corporis loco [3]) parvis iisque repetitis cibus, ad indicia futurae salivationis [4]) usque, iniendum) aut, si alvus (quae nunquam negli-nda) simul sollicitanda foret, sub ea *calomel* [5]), t sine mora. Provecto enim in morbo, inpri-s si aeger fuerit annosus, atque jam diu neces-rio alimento defraudatus, ab hydrargyro, prop-inevitabilem conditionem corporis scorbuti-m [6]), auxilium in venenum commutantem, plane stinendum est [7]).

3. Optamus ideo ut laudes nuper *muriati am-niae* in profligandis angustationibus oesophagi im-rtitae [8]), ab ulteriori experientia confirmari pos- Sal ammoniacum. Cubebae.

G 2 sint

) Quum vasa lymphatica minime ad perpendiculum ab externis ad interna decurrant, sed ex inferioribus ad truncum communem, unctiones mercuriales non ad collum sed ad epigastrium instituendas proposuit DOBSON (*medic. observat. and inquiries. T.* 6). Persuasus mercurium vim suam in universum corpus exerere, methodum eum in dysphagiis jugulo illiniendi, utpote pro aegrotis magis perspicuam, antepono.

Salivationem ipsam se utiliter provocasse gloriantur WESZ-PREMI in diss. observata medica. Traj. 1756; — FURQUASON in *Memoir. of the medical Society. Vol.* 2; — MUNKLEY in *Arzneykund. Abhandl. von London. B.* 1. *No.* 11.

Mercurium corrosivum ut laxans proposuit WICHMANN l. c. p. 181! Nisi calomel alvum sufficienter moveat, addatur illi *aloes* ut supra cap. III. §. VIII. 5.

Si verum est inediam ad scorbuti potissimas caussas pertinere, ubinam, quaeso ea major quam in dysphagia?

Mercurii hîc noxam rite dijudicat BRAND-SCHIPPERS, in diss. de deglutitione difficili §. 16.

A. F. FISCHER *Nutzen des Salmiaks in grossen Dosen bei*

sint. Quod optatum vix ad encomia *cubebarum*[9]) (quatenus somniatum in morbis membranarum mucosarum pacificum) extendere audemus. Majori forte jure in lithiasi oesophagi usum acidi aut *nitrici* aut *phosphorici*, ita diluti edulcatique ut *limonadae* speciem sistat, proponere possemus.

Auxilia mechanica.

4. Interea *auxiliis mechanicis*, dilatationi canalis oesophagaei dicatis, haud parcendum. Loquimur inprimis de introductione *specilli elastici*[10]) aucti pedetentim voluminis, sicuti in cura angustiae urethrae fieri solet; quin tamen ut hic, di in gula relinqui possit. Miraculum, praeposter forte celebratum[11]), enarratur[12]), ab applica tion

einer auf Desorganisation beruhenden und gefahrdrohende Schlundverengerung. HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 1 60. 1825. *Juni* p. 106. — („R. Salis ammoniaci scrupulu unum, succi liquiritiae q. s. ut formentur tot pilul (rectius boli) quot aeger facile deglutire potest; talis d sis secunda quaque hora (!!) sumenda"). — PAGE STECHER *Verengerung der Speiseröhre, durch Salmiak g heilt.* Ibid. *B.* 65. 1827. *Novemb.* p. 51 („R. Salis amm niaci drachmas duas. Roob Sambuci. Syrupi althaeae uncias duas. M. cap. omni bihorio (!) dimidium cochl majus").

9) J. FOSBROCKE in *London medical Repository.* *No.* 1 *Novemb.* 1824.

10) VARELAND *retrécissement de l'oesophage et descript d'un procédé nouveau pour l'introduction des sondes él stiques dans ce conduit* (*Journal de médecine* de COR SART *T.* 1. p. 139).

11) *Aussicht zur Heilung der Dysphagie aus Verenger des Schlundes* (HUFELAND *Journ. der prakt. Heilk.* 18 *Januar.* p. 107).

one saepius repetita *specilli flexilis* [13]) e chalybe, ametri dimidiae lineae, extremitate alterâ globo, nsim sensimque mole augendo, instructâ, adjunte ductore eburneo glaberrimo ovali in oesoagum ducti [14]). — Successu caruit conamen *utrem* intestino felis exsiccato paratum ope specilli extremitatem globo muniti per oesophagi striuram deducere, ac dein per vehementem aquae t mercurii injectionem ita dilatare, ut partis ectae distensio obtineatur: uter enim vix probe letus anguillae instar ex ore serpsit [15]). Nec lius deglutitio *grandinum plumbearum* [16]), filis gatarum successit, nam plerumque circa obstaum remoram experiebantur [17]). Majori cum cessu *globi eburnei*, baculo ex osse balenae firti, adhibiti fuere*). Mechanicos exhortamur modum investigent, quo oesophagi parietes *oris vi* dilatari et emolliri possint.

5. Conaminibus stricturis oesophagi medendi Caustica. llum imponit, experimentum audax, *causticum phago arctato*, specilli flexilis ad summitatem

eo

) H. G. Jameson ex *Medical Recorder of original papers and intelligence in medicine and surgery. Philadelph.* 1825. in Froriep *Notizen No.* 235. 1825.

) Angl. *Brobang.*

) Imagines aeri incisae specilli et ductoris apud Froriep l. c. exstant.

) Jameson l. c. 16) Anglice *Buck-shot.*

Jameson l. c.

Steinmetz in Graefe *und* Walther *Journ. der Chir. und Augenheilk. B.* 19. *Heft.* 1.

eo muniti ope, *admovendi*[18]). Innititur haec methodus memoratae et certe non negandae analogiae inter stricturas urethrae illasque gulae. Quisn autem ad aegrotorum lectos casum ejusmodi analogiae, utpote a complicationibus, adplicationen caustici respuentibus (e. c. ulcere, plicis, varicibus) alienum, determinabit*)?

Nutrimenta. 6. Quoties itaque auxilia, quae tuto adhibe queunt, effectum recusant, toties indicationi vita procrastinandi standum. Quum aegroti cibos vi deglutire valeant, saltem poculenta ita ordinand

18) E. Home *practical observations on the treatment of stri tures in the urethra and in the oesophagus. The edition. London* 1797. p. 494 („*The caustic was applied means of a bougie, in the same manner as to a strict in the urethra. The common bougie was passed down the obstruction, and while there, the part opposite the c ting edge of the front teeth of the upper jaw was mark to determine exact, distance of the stricture; this bou was then withdrawn, and the curve it had taken caref preserved. The curve was given to the armed bougie, u which the exact distance was marked; it was then intro ced, and the caustic allowed to rest for about half a nute against the obstruction; it gave little or no p brought on no local inflammation, and in the course the day there was less spasmodic affection of the oesop gus when he attempted to swallow. . . . After the fo application he could swallow fluids without any diffic and could get down morsels of meat with more ease he had done since the beginning of his illness*“). Kal *medicinische Zeitung des Auslandes. Berlin* 1833. *No. Praktische Notizen.*

*) Iterum ad Fletcher l. c. Tab. II. fig. 7—10. provoc

t, quantum fieri potest, principii nutrientis (sac-harini?) contineant. Praeter alibi commendata [19]), ecoctum *raparum* et *succus daucae carotae* [20]) ad-iberi merentur. Via ad ventriculum plane oc-usâ, *oesophagi incisio*, ut fistula alimentum inve-ens immitti possit, proposita [21]), jureque rejecta t [22]).

Caput IX.

e pharyngis et oesophagi polypis, teatomatibus, verrucis, scirrho et cancro.

---

§. XXVI.

Polypi. Steatomata. Verrucae.

1. Jam Galenus scripsit [1]): „accidere ali- Polypi.
ando, ut etiam *carnosum aliquid* (qualia saepe ras videmus) in stomacho (oesophago) nascatur, quod

19) Cap. V. §. XV. No. 2.

20) Hic succus, ut leniens, in morbis oesophagi laudatur in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1820. *Aug.* p. 137.

21) A. Stoffelio apud Morgagni op. c. epist. XXVIII. art. 15.

22) Ab ipso Morgagnio (l. c.) et propter periculum, et propter sedem morbi, frequentius in inferiori oesophago obvenientem.

) De symptomatum causis. Lib. III. c. 2.

quod vel omnino ciborum viam obstruat, vel aliquatenus impediat." — Fr. Sylvius ejusmodi *carunculas* ex ulceribus oesophagi nasci docuit[2]). Irritationem, a pulvere nicotianae acerrimo, ad eas provocandas sufficere ex observatione de oesophagi polypis a Schmieder tradita[3]), elucet. Huic, si

2) Prax. medic. lib. I. c. 5.

3) Schediasma de polypo oesophagi vermiformi rarissimo, a quotidiano pulveris sternutatorii Hispanici vulgo *spaniol* abusu progenito. In Halleri disputat. ad morborum historiam et curat. facient. T. VII. p. 594 („Vir annum 45 agens . . . mirumque in modum pulveris sternutatorii Hispanici, deliciis effascinatus, Anno 1714 circa tempus vernale dolorem quendam urentem, a nimia dicti pulveris aliquando facta per nares attractione, in medio oesophagi persensit, inopinatoque non ita multum post deglutitionem nonnihil animadvertit impeditam." Varia tentata fuere nec excepto peniculo ventriculi (vulgo *Magenbürste*). „. . . loco sperati affectus salubris, magis magisque malum augeri animadvertit patiens, adeo, ut solida tandem alimenta haud amplius assumere valeret, sed liquidis tantum, ex. gr. lacte, jusculo avenaceo tenui etc famem sedare corpusque valde jam emaciatum nutrire cogeretur. . . . Ultimo liquidorum etiam ne guttulam quidem assumere amplius potuit, quo venit, ut post aliquot dierum spatium, mense Aprili a. 1715 fame sitique incredibili emaciatus fractusque misere tandem perierit." — Inciso oesophago nonnihil contorto et ad pharyngem versus solito tenuiore „*excrescentia carnea* . . . quae in media oesophagi parte, eaque postica, quae spinae dorsi adjacet initium (circa quod aliquid cujusdam materiae cruoris inspissati instar cernebatur) sumens, ad pylorum usque sese fere extendens, longitudine sex digitorum transversalium, crassitie vero lumbricum insignem . . . aequaba

casus a Fr. Hoffmanno [4]), Vatero [5]), Dallas [6]), Hofer [7]), cujus etiam faciem aliquo modo mentiebatur. Substantia hujus excrescentiae, . . . rectius polypi, erat carnoso-fibrosa atque mollis, color vero ex alto rubicundus. Cultro anatomico, et quidem facillime, cum vel digitorum attactui cederet, auferebatur polypus sic rarissimus, quo ablato, pedes eius vel potius radices, quibus in gulae substantiam se insinuaverat, in conspectum veniebant").

·) In notis ad Poterium cap. XXIX (meminit viri obesi sexagenarii, cui *caro fungosa* quaedam increverat ad nucis minoris magnitudinem in principio oesophagi cum *luna crescens et decrescens*, quae demum deglutitionem ac respirationem sustulit, ut periret aegrotus misere).

) De deglutitionis difficilis et impeditae causis abditis. In Halleri disput. cit. T. 1. p. 577. hist. III. p. 580 („Vir . . ab aliquo tempore . . . dolore in regione scrobiculi cordis, transversim erga dorsum se expandente, vexatus, cum nausea et conatibus vomendi, nec non tussi cum excreatione materiae pituitosae, ac imprimis deglutiendi difficultate conjuncto, auxilium . . petiit . . . praemissis digestivis vomitorium ex ipecacuanha propinatum, quod, unum vel alterum vomitum levem et paucas sedes efficiens, nullum levamen attulit . . . continuavit quippe dolor eodem in loco fixus, et crevit deglutitio difficilis, adeo ut nihil fere, praeter liquida, propter obstaculum in ipso orificio sinistro perceptum, indeque non nisi magno conatu, in ventriculum detrudere posset. . . Vinum laxativum et posthac usus aquae amarae commendatur . . . . inter usum aquae dictae, aeger subitanea faucium strangulatione, cum suffocationis metu, correptus, *massam digiti longitudine et crassitie*, cum sanguine multo, vomitu ejecit. Corpus egressum, elotum atque cultro dissectum, substantiam membranosam atque carnosam intus monstravit. Post ejectionem hujus massae, aeger per aliquot momenta melius habere sibi ipsi et circumstantibus visus est,

HOFER [7]), A. MONRO juniore [8]), TAYLOR [9]), LO-GAN *)

sed rediit mox dolor et indies auctus est. . . Narravit aeger se ante duos annos, lapsu per scalas, contusionem gravem in dorso, eo ipso in loco, in quo dolor adhuc subsistat, accepisse, sed quia tum temporis nihil incom-codi exinde senserit, illam se neglexisse. Cum igitur aeger remotionem doloris urgeret, deglutitio tamen difficilis ap-plicationem medicamentorum sufficientium per os impe-diret, et alvus suo officio non satisfaceret, . . . clystere tentantur. . . Quid fit? Post unum vel alterum clysterum injectum, nocte subito aeger dolore abdominis atrocissim percepto, surgere volens, omnium sensuum usu privatu vicissim in lectum incidit, ac totus frigidus, convulsis si mul et incurvatis manuum digitis, mortui instar prostra tus jacuit donec . . . frictionibus fortioribus et acclamatio nibus tandem excitatus, in vitam quasi revocatus videre tur. Nunc stimulum ad excretionem alvi sentiens, e lec surrexit, et ad sellam perforatam properavit. In hac cu sederet, cum largo sanguinis profluvio exclusa fuit, et vas subjectum incidit, massa informis et incondita, pug magnitudinem excedens, quae examinata, substantia mere membranosam et polyposam exhibuit . . . . non o stante hac copiosa evacuatione aeger nullum levam sensit . . . et tandem expiravit. In corpore aperto, nu quidem in oesophago prope orificium ventriculi insig excrescentia aut caruncula; angustia tamen, et rugosit ab intumescentibus membranis interioribus, transitum ventriculum difficilem reddens, apparuit. Sed eo ipso loco sugillatio notabilis, seu macula livido caerulea v est, unde haud dubie caruncula prima, vomitu edita, a rupta fuit. De hoc quo minus dubitemus, confirmat e dem constitutio in intestino ileo, in loco haud procu jejuno distante, ubi pariter contractio atque rugosi praeternaturalis, et circa eum macula talis coeruleo livi observata fuit, unde carunculae plures, cum sanguine

...N *) nobis 10) aliisque **) observatos addas, se-
dulo-

pioso per alvum evacuatae, avulsae haud dubie fuerunt").

5) *Essays and observations physical and literary. Read before the philosophical society of Edinb.* 1771. *Vol.* 2 (Viro quoties ad vomitum excitabatur, toties massa carnea conspicua ex gula in oris cavum ascendebat. Attingebat tunc ipsa dentes anteriores, ac in quatuor ramos divisa ita os et fauces replebat, ut respiratio inde impediretur. Cessato vomitu, fauces liberae fiebant. Polypo ad oris cavum perducto, *ligatura facta est*, concessa rursus illius deglutitione. Sequebatur tussis, cum sensu rigiditatis et tensionis in pectore. Post tres hebdomadas, filum ligaturae sociis nonnullis frustulis carneis, per alvum exiit. Aeger sanitati restitutus videbatur; ast rediit malum, summa deglutiendi difficultate stipatum ac elapso biennio morte terminatum. Oesophagus *polypum carnosum* enormem exhibuit, cujus radix tribus pollicibus sub glottide oriebatur. Ipse in quatuor ramos erat divisus, quorum longissimus usque ad cardiam descendebat).

)) Acta Helvetica. Vol. I. p. 62 (Vir per aliquot annos multas sub deglutitionis et loquelae negotiis molestias percipiebat. Tandem praevia tussi violenta, violentoque vomitu *polypum bruneum* rejecit).

)) *The morbid anatomy of the human gullet* etc. Vid. *Samml. ausserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 25. p. 362 (Monro senior feminae polypum oesophagi e palato prominentem cultro excidit. Viginti annorum elapso curriculo morbum iterum recruduisse putavit aegra, ideoque auctoris expetiit auxilium. Hic minime polypum, sed corpus durum cui *tumor parietum anteriorum vertebrarum trium cervicalium ansam dedit*, detexit).

)) *Edinburg. Versuche Th.* 2. *Beob.* 25 (Vir dysphagiâ excruciatus, binis vicibus tria frustula substantiae polyposae corruptae evomuit, indeque pro tempore sublevatus est.

duloque perpendas, doctrinâ polyporum gulae non eris jejunus.

2. Ad

Secto cadavere, oesophagus exesus massam albam et densam exhibuit.

(*) Ex *Edinburgh medical and surgical Journal* 1832 in FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk.* B. 34. No. 8. p. 127 (Infans trium hebdomadum a nativitate paroxysmis dyspnoeae, *croup* simulantibus obnoxius erat. Iis vigentibus non nisi cum suffocationis periculo ubera sugere potuit. Sub nisu ad vomitum, *rubr* quid ad oris cavum ducere solebat. Excitato, faucium titillatione ope, reali vomitu, *massa carnea* longitudinis trium pollicum, circumferentiae pollicis unius cum dimidio, e centro pharyngis emergens in conspectum venit. Licui illam, praeviâ ligaturâ, forficibus abigere).

10) Judaeus Anno 1814. Vilnae consilium meum expeti propter impeditam ciborum deglutitionem: poculentis enim aditus concessus erat. Malum sensim sine sensu ortum fuit, ac a biennio durans, modo stationarium evasit. Con comitabatur illud perceptio corporis extranei in gula, a screatum (*Räuspern*) et ad tussim excitantis. Faucibu inspectis examinatoque collo nihil morbosi conspiciebatu Verum en inter tussiendum corpusculum magnitudin amygdalae, coloris coccinei prodiit. Illud pro *polyp oesophagi* declaravi, ejusque ope ligaturae extirpatione proposui. Sed quid? Chirurgiae professor NISZKOWSKI a operationem perficiendam adductus, corpus a me pro polypo declaratum nihil aliud nisi *epiglottidem* esse, declaravit. Aegrotus a periculo, cui consilium meum (posi sed non concesso errore) eum exposuisset, terrefactus, f gam petiit. Justificatrix mihi esto sequens VATERI (l. obs. hist. IV.) observatio. „Juvenis 14 annorum, an aliquot annos, subitaneo terrore adeo perculsus fuit, per aliquot momenta temporis, aperto ore ne verb quidem proferre posset. Ab isto tempore sensim difficu

2. Ad tumores „in ipsis gulae tunicis crescen- Steatomata.
;[11])" *steatomata*[12]) spectant; quae regionem
[in]feriorem oesophagi occupasse, quin immo gulam
[t]am plus minus replevisse visa sunt[13]). Copu-
lan-

ter spirare coepit, ob strangulationem faucium, cum continuo ad tussiendum stimulo. Inspectis faucibus nullus in iis tumor apparuit, neque exterius collum intumuit, sed a latere pomi Adami in collo, inter tussiendum, ex profundis elevabatur tuberculum durum, nucis moschatae magnitudine, ut non tantum tactu, sed etiam visu, perciperetur. Aeger hoc loco inter respirandum et deglutiendum, epistomium quasi aperiri, et mox claudi, sentire sibi visus est. Duravit hoc malum per duos, et quod excurrit, annos, et hieme inprimis molestum fuit, sensimque ita crevit, ut eundem tandem, ob respirationem difficillimam, atque deglutitionem simul impeditam, lecto alligaret. . . . At bono omine tumorem externe enatum, durumque hoc ipso nodum latentem solutum fuisse, eventus docuit. Tumore enim isto, in collo per resolventia, post quatuor septimanas dicusso, respiratio cum deglutitione sensim facilior facta est, aegerque convaluit, nullo vestigio tuberculi, in collo antea latentis, relicto".

[10]) Graef de callosa excrescentia oesophagum obstruente mortis causa. Altdorf 1764. — *Observation de quatre polypes situés dans le pharynx par Don* J. Carenno in *Decadas de medicina y de Cirurgia. T.* 17. *No.* 5. *Madr.* 1828.

[11]) Bonet sepulcr. l. c. obs. 16.

[12]) Recensentur apud V. Coiter externor. et internor. principal. corp. hum. partium tubulae atque anatom. exercitat. observ. rarior Novemb. 1572; — Fabr. Hildanus observ. chirurg. cent. II. obs. 44; — Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 3. obs. 47; — Widmannus Act. acad. nat. cur. T. VI. obs. 149; — Nahuys l. c. p. 12.

[13]) Fehr Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 8. obs. 96;

lantur interdum tumoribus sarcomatosis ventriculi[14]). — Steatomata oesophagi saepius in sexu sequiori obvenire, scrophulam pro caussa agnoscere et catameniorum tempore deglutitionem magis laedere[15]) solent. Concomitatur eam plerumque dolor regionis cardiacae, per compressionem auctus, et vomitus mucosus, non nisi *seri lactis acidulo* compescendus[16]). *Calomel*, lethalem diarrhoeam provocando, nocuit[17]).

Verrucae. 3. *Verrucae* in gutture, faucibus, ad radicem linguae, deglutitionem multum officientes, *porri similes*, in homine melancholico describuntur[18]). Syphilidis (quae solum sanationis exhiberet spem) non fit mentio. Verisimiliter carcinomaticae fuerunt indolis. Latentibus in oesophago excrescentiis verrucosis, fluida difficilius quam alimenta quidquam solida ac flexibilia deglutiuntur, et specillo, explorationis gratia adhibito obstaculum facile vincendum occurrit. Spongiae, qua specillum munitum fuit, frustula membranacea et cruoris quid adhaeret. Absoluta exploratione, deglutitio per aliquod tempus facilior[19]).

§. XXVII.

— Blancard collect. med. physic. cent. III. obs. 54; — Thompson *medical consultations on various diseases London* 1773. p. 5. vers. germanicae Lipsiae 1774. et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte B.* 3. *St.* 1. p. 6.

14) Brugmans *Harlem. Verhandel. Deel* 2. p. 261 et *Samml. ausserl. Abhandl. f. pr. Aerzte B.* 1. *St.* 3. p. 43.

15) Thompson l. c. 16) Brugmans l. c.

17) Thompson l. c.

18) Marcellus Donatus hist. mirabil. lib. III. c. 5.

§. XXVII.

Scirrhus. Cancer.

1. Quemadmodum glandulae lymphaticae *circa* oesophagum positae *scirrho* et *cancro* tentari queunt [1]); ita, et adhuc frequentius, illae *ipsius oesophagi* [2]). **Notio.**

2. Obveniunt ad partem oesophagi superiorem [3]), in viciniis ventriculi [4]), inter membranas ejus [5]) et ad ejus superficiem internam [6]). **Sedes.**

3. Quacunque oesophagi in parte scirrhus et cancer obveniant, *sectiones cadaverum* sequentem *morbi* **Descriptio.**

1) IDEMA *Waarneeming van een zeldzaam Ongemak enz.* in *Vermaaklykheden. Deel* 4. p. 143 *en heelkundige Proeve over den Winddoorr. Leeuw.* 1750; — VAN GEUNS l. c. p. 219. Cap. III. §. VIII. No. 1.

2) BONET sepulchr. l. c. obs. 22. §. 2; — VALLISNIERI opp. T. III. obs. 36; — FEHR l. c.; — MAUCHART l. c. §. 9. 11; — BLEULAND l. c. — VAN GEUNS l. c. p. 389. 814. — CERUTTI *Beschreib. der patholog. Praeparat. des anatom. Museums zu Leipz.* 1819. sub No. 857; — KUNZE comment. p. 57; — FRUSSICHS DE MOULON *prospetto delle malattie e sezioni cadaveriche piu singolari osservate nella prima divisione dell' ospedale civile di Trieste. Udine* 1829. p. 33.

3) MORGAGNI l. c. epist. XXIV. §. 9.

4) VAN GEUNS l. c. p. 389; — LENTIN *med. Beobacht. B.* 2. p. 211; — CLARUS *Annalen des k. klinischen Institutes zu Leipzig. B.* 1. *Heft.* 1. p. 144—48; — FLEISCHMANN *Leichenöffnungen* p. 120.

5) V. COITER l. c.

6) WIEDEMANN Act. acad. nat. curios. Vol. VI. obs. 149. p. 403. — MANGET biblioth. pract. lib. IV. p. 860; — PRINGLE *Edinb. med. Versuche B.* 2. *Beob.* 24.

morbi gradationem manifestant. Recens malum formam *verrucarum* vel *tuberum*[7]) induit. Duri tiam ea exhibent, a vasis sanguiferis varicosis circumdantur[8]) et substantiae gulae innata sunt. Moll sensim sensimque aucta, eius canalem tandem plu minusve occludunt*). Accedit ocyus serius *phlo gosis lenta*, quae nisi verrucas, saltem tubera i *suppurationem* conjicit (*phthisis oesophagea tube culosa*). Ruptis abscessulis *ulcuscula*[9]) (*cancer* modo singula[10]), modo confluentia, marginibu elevatis instructa, callo circumdata ac facile cruo rem fundentia nascuntur. Quibus ex ulcuscul *excrescentias fungosas* pullulasse vidimus[11]). Ali oesophagus a cancro *exeditur*[12]), *perforatur*[13] d

7) Grashuis de scirrho. cap. VI. p. 67; — Brieu *Journal médecine* T. 11. p. 413; — Nahuys l. c. p. 12; — Ba *anatomisch-pathologische Bemerkungen.* Ex *Bibliothek* Laegar 1828. in Gerson *Magaz. der ausländ. Literat.* gesammt. *Heilk.* B. 17. 1829. p. 492.

8) Magnetus l. c.

*) Romberg *Carcinom des Schlundkopfes* in *Casper's Woch schrift für die gesammte Heilkunde. Berl.* 1833. *No.* 2.

9) Leweling diss. de pyloro carcinomatoso; — Tay *Edinburg. medic. Versuche B.* 2. *Beobacht.* 25.

10) „*Multae vomicae exiguae* pus continentes aderant, q singulae in cavum oesophagi distincto orificio aperieba tur". Swieten op. c. T. II. §. 797. ex *Medical Essays.* 2. p. 332).

11) Similia notata fuere a Brunnero de glandulis duod Francf. 1715. cap. X. p. 136; — in Miscell. acad. curios. dec. II. ann. 8. obs. 110; — apud Hoppengaert l. c. p. 557 et Baillie l. c. p. 53.

12) *Philosophical Transactions No.* 494; — *Edinburg. me*

generaturque[14]). Nec parcet is partibus an-
xis[15]), *tracheae*[16]), *aortae*[17]), quibus lacessi-
tis

Versuche B. 1. *No.* 27; — *Journ. de médecine T.* 75; — *Mémoires de l'academ. de médecine* 1776; — Le Cat *recueil d'observat. de médecine des hôpitaux militaires. Paris* 1766. *T. I.* p. 400; — van der Linden select. med. exercitat. IX. p. 261; — Haller l. c. T. VI. sect. IV.; — Vater l. c. obs. 1; — Gyser l. c.; — Watson in Simmon's *medical Commentaries Vol.* 1. *No.* 18. 19; — Gartshore ibid. No. 20; — Bleuland de sana et morbosa oesophagi structura. p. 54; — Soemmerring *Anmerk.* 107. *zu* Baillie l. c. p. 52.

3) Serres *Revue médicale* 1823.

4) Bürger *Dysphagie durch Degeneration der Speiseröhre* (Rust *Magazin für die gesammt. Heilk. B.* 20. 1825. *Heft* 2. p. 348).

5) *Scirrhöse Constriction und Ulceration des Oesophagus nebst Sectionsbericht, beobachtet von* Wardrop. Ex *London medical Repository. Decemb.* 1827. in Horn's *Archiv für medic. Erfahrung.* 1828. *Jan. Febr.* p. 152 („*Auf zwey Zoll unterhalb der Structur war die Schleimmembran stark exulcerirt, und die Exulceration ging an dieser Stelle durch alle Häute und auch durch das hintere Mediastinum durch und communicirte solchergestallt mit dem Sacke der rechten Pleura*").

) Le Cat l. c.; — E. Sandifort museum anatom. acad. Lugd. Batav. 1793. Vol. I. sect. V. p. 243. No. 14. Tab. CVI. fig. 3; — Martin *oesophage s'ouvrant dans la trachée artère;* in *Observateur des sciences médicales. Juillet* 1825. *Marseille;* — Albers *über durchbohrende Geschwüre der Speiseröhre und der Luftwege;* in Graefe *und* Walther *Journ. der Chir. und Augenheilk. B.* 19. *Heft* 1.

) van Doeveren diss. observat. anatom. patholog. Lugd. Bat. 1789. obs. I.; — Sandifort l. c. Tab. CV. fig. 1. 2. Tab. CVI. fig. 1; — Bürger l. c.

ank Prax. III. I. 2.

tis aeger suffocatur, vel haemorrhagia extemplo perit[18]).

Symptomata. 4. Solet autem funestus talis morbus se manifestare, quod solidi cibi, nisi minutissime dissecti[19]), cum difficultate quadam deglutiantur, et aegri leve quoddam obstaculum sentiant in oesophago, ad variam in variis altitudinem, et digito locum plerumque indicare possint, ubi deglutita haerent paulisper antequam in stomachum delabantur. Liquida adhuc satis commode epotare valent. — Manet in eodem statu malum quandoque per plures annos, intervalla plus minus libera concedens. Tandem ne vel mica panis transire potest, sique hoc tentant aegri tales, haeret in oesophago, et post aliquot minuta horae cum insigni quantitate muci per os rejicitur*). Quods per aliquot tempus retineatur[20]), aeger plenitudinem in pectore et dolorem violentum ad dorsi regionem cardiae oppositam sentit; qui caeterum dolor continuo plus minusve percipitur. In quibusdam aegris scirrhosam oesophagi duritiem, digitis profunde pone asperam arteriam adactis senti-

18) Pulchre hoc argumentum tractatum est in SPRENGEL *Handbuch der Pathologie. B.* 2. §. 490. p. 327.

19) BLEULAND l. c.

*) MICHAELIS diss. de vomitu ex oesophagi glandula scirrhosa. 1770. — WEIZ *neue Auszüge für Wundärz.* *Frankf. u. Leipz. B.* 4. p. 3.

20) Per quatuor adeo et sex horas cibi et potus aliquam in oesophago haerent, teste W. FARQUHARSON in *Memoirs of the medical society of London Vol.* 2. p. 360.

re possumus; in plurimis autem nihil omnino appa-
et, sed specillum exploratorium in gulam introductum ad obstaculum offendit. Sequitur vero inde
ajor solito dolor, immo, praesente jam exculratione utplurimum [21]) summus ardor et cruciais [22]). Spongiâ si specillum munitum fuerit,
nie et cruore, aliquando foetentibus, intincta,
trahitur. Jam liquida ingesta transire nequeunt,
d pro maxima parte sursum redeunt. Macies
iversi corporis tanta est, ut sceleton coram habere crederes. Pulsus modo debilis, modo chordae metallicae instar durus. Versus morbi finem ciborum necessitas amplius non percipitur,
mo alimenta interdum fastidiuntur*), et febris
ta evolvitur. Urina pauca, foetens. Cutis saechloasmate notata.

5. Morbus hic raro ante quinquagesimum atis annum evolvitur. Mares aeque ac feminas reditur, idque hinc inde jure haereditario [23]). grorum nostrorum nonnulli in juventute scrolis, et media aetate arthritidi obnoxii fuerant. rimi vitam defatigatione plenam duxerunt, ut mili- Caussae.

H 2

) Oesophagi exulceratio cum magna deglutiendi difficultate, sed *absque dolore* observata est in milite (Commentar. liter. ann. 1741. hebdom. 25. No. 1).

) „Epidermidis tutela per inflammationem et excoriationem amissa, deglutitio fit difficillima". HALLER l. c. §. 25. Cap. XVI. §. LVI. 6.

) In *the London medical repository* (1818. *Novembr*) narratur de aegra, coarctatione scirrhosa oesophagi affecta, cujus et mater et soror eodem malo laborarunt.

milites, venatores, rustici. Fere omnes alcoholis potu abusi erant.

Diagnosis. 6. Jam monuimus oesophagi carcinoma a gulae crassitie vel callositate, si dicere licet, benigna, distinguendam esse [24]). — Lenta morbi origo, matura corporis macies, anorexia, stirps aegri scirrhosa, ejus habitus morbosus veluti specificus, affectiones glandularum externae, de carcinomat testantur. Transitum scirrhi in cancrum (saepe a vicissitudinibus atmosphaerae ante solitum aliā tempus provocatum) denotant, dolorum sub de glutitione, aliquando nunc minus difficili, augmentum, et potissimum febris hecticae evolutio.

Prognosis. 7. *Prognosis* tam ex morbi descriptione, quam ex therapiae eventu elucet.

Cura. 8. Aegros quot quot conspeximus ab arti conaminibus praecipitati fuere: quid quod ips oesophagi, etsi delicate peracta exploratio, detrimentum adtulit. Ex quo concludimus ad dilatationem oesophagi per auxilia mechanica hîc n quidem cogitari posse [25]). Quoad pharmaca, jacta tur plura ex supra memoratis [26]), praecipue *ex tractum conii maculati*, *antimonium* et *mercuriu* Hoc ultimo tentamen instituendum, si suspic latentis *syphilidis*, ab exulcerationibus oesopha ha

24) Cap. VIII. §. XXIV. 1.

25) „Novi chirurgum, balaenae ossiculo alligata spongia t tasse, ut vi expediret viam, *sed pessimo cum succes* dum irritatae hinc partes et dolentes tumebant magi (Swieten l. c. §. 797).

26) Cap. III. §. VIII. 5.

aud semper alienae, habeatur [27]). Quum *atropa* *lladonna* in morbis carcinomaticis celebretur [28]), ium in induratione linguae cum dolore vehe-enti et deglutiendi difficultate proficua fuerit [29]), umque peculiarem in oesophagi nervos vim ex-ceat, tentanda foret. *Fonticuli* pectori vel dorso moti, aliquando juvare possent, re autem jam nclamatâ aegros incassum excruciant. Idem ma-i adhuc jure de *moxa* valet. Ergo quid facien-m? „Lubricantia et emollientia decocta, amyg-larum oleum et similia [30]) utcunque profuerunt, m hoc efficiebant saltem, ut per lubricatam m facilius dilaberentur illa, quae adhuc trans-poterant [31])". His itaque standum et bonis iciis.

Caput

7) Convenirent minimae *mercurii sublimati corrosivi* doses, e. c. quarta pars grani de die, cum vehiculo mucilagino-so; ac, morbo sic freno injecto, *frictiones* dein *mercuria-les*, juxta artis leges.

3) M. Alberti diss. de belladonna tanquam specifico in cancro, imprimis occulto. Halae 1739.

)) W. Bayle *practical essays*. p. 37.

)) Oleum olivarum (Herksig in Hufeland's *Journ. für d. prakt. Heilk. B.* 8. *St.* 4. p. 195), lactis cremore, succus daucae carotae, cucumerum cum saccharo etc.

) Swieten l. c.

Caput X.

De pharyngis et oesophagi plicis, dilatatione et diverticulis, hernia et paralysi.

§. XXVIII.

Plicae. Dilatatio. Hernia.

Oesoph. plicae. 1. Quemadmodum post blepharitidem, aliquando ex membrana externa palpebrae superioris *plica* formatur (*blepharoptosis* [1])); ita etiam post oesophagitidem (non exclusis aliis caussis) ex membrana interna oesophagi, alioquin plicis, salten longitudinalibus, instructa. Plicae ejusmodi oesophagi lente evolvuntur, dumtaxat alimentis minimae circumferentiae aditum concedunt [2]), dy

1) P. II. Vol. I. Sect. II. cap. XVI. §. LXXXIV. 6.

2) Ex plica membranae internae oesophagi, reliquis membranis illaesis, ejus lumen ita angustum evasit, ut vix pisi transitum admitteret (Baillie l. c. p. 51). In no (106) a Soemmerringio addita, legitur: „*Ich verdanke der Güte des Hrn.* Baldinger *ein Praeparat, wo die Zusammenschnürung des Schlundes noch stärker war, so dass sie kaum eine Sonde durchliess. Die innere Haut war hier ebenfalls unordentlich gefalten, die übrigens wie auch weiter in Ansehung der Structur nicht krankhaft schien*".

·sodia oris stipantur[3]). *Diagnosis* ardua[4]), *cura*, si per *causticum*[5]) (periculosissimum conamen um jam ipsa specilli flexilis applicatio *falsas*, ut cunt, *vias* parare possit*)) haud obtinenda.

2. Ex *dilatatione pharyngis et oesophagi* facil- ıa deglutitio primo intuitu expectatur**); est ntra potius *dysphagiae* caussa[6]). Sic impedi- ento deglutitionis per curriculum viginti anno- m indies crescente laboravit senex, in quo de- ortuo ad pharyngem saccus longitudinalis polli- m quinque et latitudinis pollicum trium, inter sophagum et vertebras cervicales descendens servatus est[7]). (Profundius, in mediastino, ejus- modi Phar. et oesoph. dilatat. et divertic.

) Sic cibi inter plicam longitudinalem partis superioris oesophagi remoram facientes et putridi redditi, effecerunt ut halitus fieret cadaverosus in aegro, de quo narrat Rönnov (*Kongl. vetensk. acad. nya Handling*. 1785. *Vol*. 4).

) Eam in se ipso instituit magnus Ström (act. soc. R. medicae Havniens. Vol. IV. p. 292). Ait nempe de sua dysphagia (in versione quae continetur in *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte B*. 21. *St*. 2. p. 25): „*So viel ich durch meine Untersuchung habe erforschen können, entsteht der obere Widerstand der Speiseröhre von einer Querfalte der gespannten innern Haut dieses Kanals*“.

) Cap. VIII. §. XXV. 5. *) Fletcher l. c.

) Sic revera in polyphago contigit apud Schurig chylologia. p. 13.

) Dyscatabrosis evrysmatica Ploucqueti.

) Marx *Göttingische gelehrte Anzeigen* 1783. *St*. 113. p. 2031. Cfr. L. J. Kuehne quaedam de dysphagiae causis commentatio, et observatio anatomico pathologica dysphagiae ex oesophagi diverticulo maximo ortae. Berol. 1831.

modi oesophagi dilatatio si obveniat, pulmonum et cordis compressio inde sequi necessario debet.) Dysphagiam quoque, una cum vomitu, exhibuit aeger, in cujus cadavere reperiebatur pharynx in saccum amplum usque in cavitatem pectoris retro oesophagum (cum quo ope valvulae communicabat) descendentem, expansus: malum hoc ex retento in gúla cerasi nucleo ortum trahere videbatur [8]). Caussae traumaticae, istuc scilicet super sternum, originem quoque debuit dysphagia, cum regressu aliquando ciborum ex ventriculo in gulam, in viro, cujus necroscopia dilatationem oesophagi, duobus pollicibus sub pharynge incipientem et usque ad cardiam protractam patefecit [9]). Inter plura ejusdem generis exempla [10]) illud eminet oesophagi, cordis inter et diaphragmatis regionem, veluti alterum ventriculum efformantis [11]). — Plerumque dilatatio pharyngis aut oesopha

8) Ludlow in epistol. ad Hunterum in *Medical observat. and inquiries. London* 1767. *Vol.* 3. *No.* 10. p. 85; versio germanica. Altenburg. p. 74. — Baillie l. c. p. 54.

9) Surton in *the London physical and medical Journal* 46. 1821. *Decemb.*

10) Schurig l. c. et p. 361. — Burserius instit. med. prac Vol. IV. Pars altera. cap. 1. §. III. not.; — Isenflam *Versuch einiger prakt. Anmerkungen über die Muskel;* — Bücking in Baldinger's *neues Magazin für Aerzte B.* p. 142; — Krauss in Hohnbaum's *medic. Conversations-blatte.* 1832. *Juni. Juli. No.* 25: — Kühne in Rust *Magazin der gesammten Heilkunde. B.* 39. *Heft* 2; — Hanney in *the Edinburgh medical and surgical Jour* 1833. *July.*

phagi super partes illorum callo vel scirrho porantes contingit[12]). Visa tamen est etiam litaria, verisimiliter ut effectus spasmi gulae pe saepius repetiti[13]). Notandum, parietes oephagi dilatati non solum non subtiliores, sed mo crassiores repertas fuisse[14]). Excluditur sic

11) Blasius observ. anatom. p. 120. Tab. XV. fig. 6. observ. medic. Part. IV. obs. 9. p. 54. Tab. VI. fig. 5.

12) Grashuis Act. acad. nat. curios. Vol. IV. obs. 73; — Sandifort museum anatom. acad. Lugd. Bat. Vol. 1. sect. V. p. 242. No. 13. Tab. CVI. fig. 4; — Cassan in *Archives générales de médecine. Janvier* 1826 et Gerson *Magaz. der ausländ. Literatur der gesammten Heilk. B.* 11. p. 335.

13) Epistola die 25. Januarii 1807. Petropoli a Patre ad me Vilnae tunc degentem scripta sequentia continet: „*Le docteur* Cappellini *de Vienne m'a envoyé l'histoire de la section pathologique de la pauvre comtesse Razoumowsky. L'oesophage s'est trouvé dilaté très-considérablement au dessus du diaphragme; sans que cette dilatation ait eu pour cause un état scirrheux de la partie de ce canal qui se trouve au dessous de la dilatation; la quelle par conséquent n'a été que l'effet des constrictions spasmodiques auxquelles l'oesophage a été si fréquemment exposé. L'estomac de la malade étoit beaucoup plus pétit, rond et plus perpendiculaire qu'en d'autres hommes, probablement pour n'avoir jamais été dilaté par les alimens que la malade a quasi toujours été forcée de se refuser. Par la même raison, à ce qui parait, le foie étoit plus grand que de coutume. La malade du reste n'est morte que d'une étisie pulmonaire, et elle auroit pu vivre encore longtems avec la désorganisation de l'oesophage. Cette étisie était certainement héréditaire, la mère de la defunte, feu comtesse Thun étant morte de la même maladie*".

14

sic adeo spes, in *alumine* aliisque adstringentibus morbo remedium inveniendi. Itaque rursus ad *extractum conii maculati* atque ad *fascias circa collum* confugiendum [15].

3. *Her*

14) „*J'ai ouvert le cadavre d'un homme de soixante ans chez lequel l'oesophage étoit plus ample que l'estomac qui lui même, n'étoit pas plus ample que celui d'un enfant de deux ans; l'orifice du cardia étoit rétréci à un tel point qu' à peine on pouvoit y introduire une grosse plume à écrire; son contour étoit gonflé, endurci, et inégalement bosselé; les parois de l'oesophage, dans l'endroit où elles étoient si dilatées, au lieu d'être amincies, étoient plus épaisses que dans l'état naturel, et bien plus qu'elles ne l'étoient au dessus de la dilatation*". Portal *cours d'anatomie médicale T.* 5. p. 2

15) Mason Good (*the study of medecine. Vol. I.* p. 86) casum refert a Dr. Odier (*letter to* Dr. Duncan *in the Edin. med. Commentar. T.* 3. p. 193) enarratum videlicet ju... nis „*in which the oesophagus which seems to have assumed a scirrhous character, had become dilated in this manner into two large bags, one on each side of the neck, ... was then thrown up, but whether in any degree digested we are not informed. After having tried the skill of almost every physician and surgeon in the city without success, the patient was at length recommended to swallow hemlock pills, and compress the protuberances by a bandage round the throat. As soon as the pills were rejected, which, like the food, they were sure to be in an hour or two, their place was supplied by others, so as to have the hemlock constantly acting on the seat of the disease. The patient soon became relieved, and gradually cured; the pouches disappeared, the aliment descended into the stomach, and the oesophagus recovered its former calibre*"

3. *Herniam pharyngis* adesse dicimus, ubi ...s fibrae musculares, alioquin parum compactae, invicem recedunt, ut membrana mucosa tran...e possit. *Prolapsum* ejusmodi toto coelo a *di...atione* pharyngis differre [16]), sponte intelligitur. ...sam illi porrigunt corpora dura, inter plicas ...aryngis remoram facientia, aut repetiti deglu...ndi nisus in dysphagiis. Symptomata ut in di...ıtione pharyngis. Cura desideratur [17]). Pharyng. hernia.

§. XXIX.

Paralysis.

1. *Paralysis pharyngis et oesophagi* ad morbos ...iquitati notos [1]) haudque raros [2]), spectat. Notio.

2. Mor-

...) Minus bene itaque BURSERIUS (l. c.) ubi de dilatatione pharyngis sermonem instituens „hujusmodi saccus, inquit, erat quaedam *veluti hernia* extremitatis inferioris et posterioris pharyngis".

...) „*Nous n'avons aucun moyen de réprimer la hernie du pharynx et les désordres qu'elle entraine*" (*Dictionaire des sciences médicales T.* 10. p. 439).

... FREIND (opp. T. III. p. 249), rite animadvertente VAN GEUNS (act. Harlem. T. XI. p. 29), immerito EBN ROSCHD primam dysphagiae paralyticae notitiam tribuit. Vide enim GALENUM (de locis affectis) ubi monuit „aegros interdum *debilitate gulae* affici, ut deglutiti cibi diu in oesophago haereant"; et Cfr. AETIUS Tetrabibl. II. serm. II. cap. XXXIII.

... Scatent observationibus de hoc morbo fasti medici, uti videre est apud ZACUTUM LUSITANUM prax. histor. T. II. No. 1. Praxis admirabilis lib. I. obs. 100. — SCHENKIUM observ. med. lib. III. sect. I. obs. 13; — STALPARTUM VAN DER WIEL obs. rar. Vol. II. obs. 47; — BASTERUM in Act.

Symptomata.

9) Haud secus, ac si funis in modum stomachus con
queretur (Sauvages nosolog. method. class. VII. ord
gen. XXI. spec. 7).

10) „Tantus saepe ardor infestat stomachum, inquit
Hertod (crocologiae cap. XV. p. 155), ut ardentem
bonem substratum jurares.“ Et „quando eructare vo
addit F. Platerus (prax. med. Tom. II. De dolo
cap. XI) „vehementem dolorem sentiunt, intercluso
igne flammeo, nec erumpere valente“.

11) Lentilius (miscell. med. pract. Part. I. p. 291) n

rbitas plerumque intra regionis ventriculi con-
a continetur, interdum tamen extenduntur ad
sum[12]), a dorso antrorsum[13]), ad oesopha-
n[14]), ad sternum[15]), atque ad scapulas[16]), pa-
m, dentes, nares et oculos[17]). Dolor cujus-
que demum generis plerisque revertitur[18]),
cerbatur[19]) vel mox ad ingesta[20]) (praecipue
liquo-

de Religioso triginta trium annorum, in colicam a pueritia prono; qui postmodo de tanto *ventriculi frigore* querebatur, ut *glacies* in eodem haerere videretur. Et matrona triginta annorum, quoties fragis vescebatur, interno frigore, ac si glaciem comedisset, afficiebatur (*Medicinische Anecdot. Th.* 2. *No.* 235).

) G. Detharding Miscell. acad. nat. curios. cent. I. et II. append. p. 185.

) „Quod rarum est, et inter centum cardialgias vix una occurrit taliter se habens" (Ettmüller l. c.).

) Meibomius diss. cit. §. XII. 15) Chesneau l. c.

) Thonerus obs. med. lib. III. p. 136.

) Lentilius l. c. Part. II. p. 414.

) Sic *a pastu* recrudescebat dolor feminis Adolphi (Act. acad. nat. curios. Vol. II. obs. 159) et Chudenii (Act. med. Berolinens. dec. I. Vol. VIII. No. 3. p. 87), vetulae Gobritzii (Büchner Miscell. phys. med. math. a. 1729. Jul. Class. IV. art. VII. p. 454), virgini Thoneri (l. c.), ancillae Riedlini (lin. med. ann. V. August. 12), puerperae Wedelii (diss. de frustranea et inconveniente medicamentorum adhibitione. Part. II. c. IV. §. 4. p. 31), sartori Bauhini (apud Bonet op. c. lib. III. sect. VIII. obs. 44), vitriario Lentilii (iatromnemat. cap. XL. p. 178), viris Martii (observ. med. II. in G. H. Welschii sylloge cur. et obs. med.), Poterii (observ. et annot. cent. I. cap. 86) et Pozzii (Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 4. obs. 31).

) Sic Baderi (observ. med. 12) militi, Hoffmanni (diss.

liquorum alcohol continentium [21]) et ciborum aci-
dorum [22])), vel vero ubi digestio occipit [23]
Sunt qui dumtaxat jejuni [24]) aut noctu [25]) patian-
tur

de imprudent. medicat. §. LI. opp. Tom. VI. p. 306) gra-
vidae, ac civi et opifici VOGELII (BÜCHNER l. c. ann. 172
nov. Cl. IV. art. IV. p. 1449).

20) Sic militi GARNERI (apud SCHENK l. c.), praefec
GOCKELII (consult. et obs. med. No. 16. p. 178) et vi
gini LENTILII (Eteodr. med. pract. Julii 14. p. 642. 751)

21) e. c. sumto vino Rhenano (ADOLPH. l. c.). Wilnae
1815. per transennam virum nobilem vidi, qui guttis al
quot vini aut cremati deglutitis, illico in atrocem epiga
strii dolorem incidebat, per horae dimidium durante
facie prius pallida, illico ex rubro caerulea reddita, ac
apoplexiae immineret insultus.

22) Sic in femina LINCKII (Act. acad. nat. curios. ol
107).

23) BERGERI (Nov. act. Havniens. Vol. I. obs. 15. p. 171) vi
gini nonnisi una alterave a pastu post horam; — WEICKARD
potatori (observ. med. p. 116), ac post aliquot perin
horas ejusdem vetulae (*vermischt. med. Schrift. St.* 2.
143) dolor molestus erat.

24) Sic aeger SMETII l. c. — Et vacuo perinde stomac
tantum dolor lacessebat aegrum THOMPSONII (*Samml. au*
erl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B. 3. *St.* 1. p. 16).

25) Sic in juvene VOGELII (*Versuch einig. med. Beobac*
No. 21), in milite *Wisbadiensi* (*Wisbadische Kranker*
No. 5), in septuagenario HEISTERI (*med. chir. anato*
Wahrnehmungen. B. 1. *No.* 637. p. 1053). Dolor nost
noctu perinde vexabat virum BALLONII (epid. ephe
lib. II. p. 242), Religiosumque CHESNEAUII (l. c.) d
ad chorum surgeret, a primo semper somno RIEDLI
(curat. med. millenar. No. 497) aegrum, alternis noctib
BARTHOLINI (hist. annot. rara cent. III. hist. 50) filiu

Plurimos dolor in certis horis[26]), et non-os periodice[27]) affligit, quo ultimo in casu ssus a biborio[28]) ad horas octo[29]) protrahi t. In quibusdam doloris perceptio solum a no suspenditur[30]).

2. Doloris epigastrii pro re nata socia sunt: exia, sitis, hypochondria tensa, suspensa, ntia, cartilaginis xiphoidis introvulsio[31]), ltus[32]), inflatio ventriculi, ructus, flatus, con-tio faucium[33]), nausea, vomituritio, vomitus, ab- Alia.

t bis per hebdomadem matronam HOLDEFREINDI (*Erzäh-ungen merkwürdiger Krankengeschicht. No.* 6. p. 32).

Sic virgo HEMMANNI (SCHMUCKER *vermischt. chir. Schrift.* 3. 2. *Abtheil.* 7. p. 184) et studiosus HANNEMANNI (Miscell. cad. nat. curios. dec. II. ann. 4. obs. 61).

Ita apud POTERII (observ. et annot. cent. I. cap. 24) uadragenarium et alium nobilem (insign. curat. et singul. bserv. cent. 1. cap. 43), apud LANZONII (Miscell. acad. at. curios. cent. VIII. obs. 11) monialem, et apud GUA-INONII (consil. LXX) feminam. Cfr. CLERK *Neue Versuche und Bemerk. aus der Arzneyk. einer Gesellsch. zu Edinb. B.* 4. *No.* 19. p. 413.

ADOLPHI l. c. LENTILIUS l. c. 29) MARTIUS l. c.

Sic plerumque in aegrotis plica laborantibus.

„A spasmo cardialgico vidimus cartilaginem xiphoidem ntrorsum tractam" (KLEIN interpretationes clinic. titul. *ardialgia*).

Molestus observantibus LUDOLFF (diss. cit.); PRINGLE *Neue Versuche und Bemerk. einer Gesellsch. zu Edinb.* . 2. *No.* 12. p. 282), et POMME (BALDINGERS *neues Ma-azin für Aerzte. B.* 4. *St.* 6. p. 514).

GOCKELIUS l. c.; — RAYGER Miscell. acad. nat. curios. ec. I. ann. 4. obs. 10; — SIMS *Bemerkungen über epide-ische Krankh. Kap.* 3. p. 6.

abdominis tormina, anxietas [34]), raucedo [35]), aphonia*), dyspnoea [36]), syncope [37]), febris [38]), dolor capitis, epistaxis [39]), amaurosis [40]), vertigo [41]), status apoplecticus [42]), somni turbulenti [43]), evigilatio cum pavore [44]), delirium [45]), convulsiones [46]), tremor [47]), pruritus cutis [48]), frigus extremitatum [49]), sudor veluti morientium [50]) et debilitas.

3. P

34) Alberti diss. de absorbentium utilitate et damnis §. p. 11; — Ludolff, Garneri ll. cc.; — Forestus l. obs. 20.

35) Plater l. c. p. 426.

*) Lentilius, Ludolff, Goeritz ll. cc.

36) Ettmüller, Garneri, Pozzis, Hannemann, Lentili Riedlin ll. cc.

37) Adolphi, Camerarius, Plater, Pomme, Riedl Amatus, Bauhinus, Forestus, Horstius ll. cc.; Goelicke diss. de cardialgia syncoptica. Francf. ad Via 1727.

38) Amatus, Chesneau, Lanzoni, Sims, Riedlin, Ho mann ll. cc.

39) Detharding l. c.

40) Marteau in Vandermonde *journ. de médec. T.* 4.

41) Brück *Beobachtungen und Ansichten über die Heilk Drisburgs* in Hufeland's *Journ. der pr. Heilkunde* 18 *Mai* p. 110.

42) Hemman l. c. 43) Alberti l. c. 44) Poter l. c.

45) Riedlin, Hildanus apud Trnka l. c. p. 363.

46) Amatus, Linkius, Pringle, Heister, Binning Pomme, Hannemann ll. cc. — Vicat delectus observationum pract. ex diario clinico. obs. 34. p. 301.

47) Fabri, Rayger, Lentilius ll. cc.

48) Schuster Act. acad. nat. curios. Vol. VII. obs. 50.

49) Weickard l. c. — Fabri insignes curationes. No. 3

3. Post mortem conspiciebantur (ne dicamus ventriculi inflammatione, induratione, suppu-one, exulceratione, perforatione, utpote debitis s commemorandis *)), stomachi situs morbo-[51]), adcretio ad vicina[52]), flavedo[53]), bipar-[54]), diverticula[55]), nexus cum ducto chole-ho[56]), volumen auctum[57]), imminutum[58]), mes[59]), calculi[60]), sanguis[61]) in eo, tumores hepa- Necroscopia.

) Goeritz, Holdenfreind ll. cc.

Videatur interea Morgagni de sedib. et causs. morbor. Epist. XXIX.

) Cap. XV. §. LII. No. 6. casus Bergeri.

) Ad hepar (Bauhini apud Bonet l. c. obs. 44) ad pancreas (ibid. obs. 50).

) Plater l. c. p. 418.

) Cap. XV. §. L. No. 3. Casus Heisteri, Delii, Morgagni, Ludwigii.

) Ibid. casus Cohauseni.

) Ibid. No. 6. casus Zacuti Lusitani.

) Ibid. §. LI. No. 3. observatio Grilleri, §. L. No. 4. illa Lieutaudii.

) Ibid. No. 2. Casus Riolani, Foresti, Fr. Hoffmanni.

) H. Saxonia praelect. pract. P. II. cap. 7. §. 4 (ori ventriculi ita tenaciter adhaerentes ut vix avelli possent); — Bonet l. c. obs. 14. §. 1 (in ventriculi cavo bini vermes); — Sauvages l. c. gen. XX. spec. 10 („J. Bezac accitus quondam fuit in oppidum Frontignan, ubi cardialgia plures e medio sustulerat. Secto cadavere invenit vermes ita tunicis ventriculi adhaerentes, ut eum perforaverint").

) J. Bilgerus apud G. Horstium epist. et consil. med. lib. I. sect. II. epist. 11 (Calculi triginta et amplius fundo ventriculi tenacissime adhaerentes); — W. Hofferus Hercules med. lib. III. c. 1 (Lapilli granorum pomi granati instar sese mutuo amplectentes, ut binas manuum volas

hepatis[62]), calculi biliosi[63]), morbi cystidis fel-leae*), intestinorum**) mesenterii***), pancreatis[64]) omen

implerint); — SCHULTZ Miscell. acad. nat. curios. dec. ann. 3. obs. 86 (calculus magnitudinis avellanae in fund ventriculi); — HESSUS apud SCHENK obs. med. lib. III. Vol. obs. 97 (calculi novem ponderis unciarum quatuor et se mis); — CARDANUS de subtilitate lib. II. tract. V. con tradict. 9 (calculus ovo aequalis); — GARNERUS apu SCHENK l. c. (calculus ovum aequans, aliquatenus aspe cinereus, durissimusque ponderis unciarum quatuor); — LANZONIUS Act. acad. nat. cur. Vol. I. obs. 64 (ca culi decem, quorum major unciam ponderabat). C Cap. XXV. §. CI. No. 4.

61) MERMANNUS apud BONETUM (l. c. sect. VII. obs. I refert: „Princeps quidam corpore obeso aetateque ann rum plus minus quinquaginta quatuor, nephriticis ac ve triculi doloribus diu multumque conflictatus, viribus ja debilitatis nigra dejiciebat per plures dies; ac tand syncope oborta intra dimidium horae spatium exspirav Secto corpore ventriculus *sanguine* concreto semiplen et in cavo jecinoris manifesta continui solutio, venaeq portae disruptio."

62) COITERUS observ. anatom. chirurg. miscell. p. 114.

63) BORICHIUS Act. med. philos. Hafniens. Vol. IV. obs. (in cystide fellea frustum oblongum coagulatae bilis).

*) MEEKREN obs. med. c. 46.

**) BONET sepulcr. lib. III. sect. VII. obs. 39. addit. obs. sect. XIV. obs. 47; — FABR. HILDAN cent. II. obs. 74; *Histoire de l'acad. R. des sciences* 1703. p. 51; — *M moires de l'acad. R. de Berlin* 1759. p. 39; — LEN *Beyträge. B.* 2. p. 218.

***) BONET l. c. sect. XIV. obs. 47. — MORGAGNI de s et caus. morbor epist. XXXIX. art. 5. 9.

64) BAADER, POZZIS ll. cc.; — BONET l. c. lib. III. sect. V

entum testiculo adnatum[65]), cartilago xiphoi- introvergens[66]); cor praegrande[67]).

§. LXIX.
Caussae.

1. Dolor epigastrii a parentibus ad filios de- ndisse observatus est[1]). Haud pauci peculiaris syncrasiae culpâ ad illum dispositi sunt[2]). Ita pueri, Praedisponentes.

obs. 49; — VIRIDET *traité du bon chile.* *T. I.* p. 29; — WESTENBERG in *Harl. Abhandl.* et in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B. 7.* p. 297.

1) Cap. XV. §. LII.

2) Cap. XIII. §. XLI. 4. — BALLONIUS l. c. p. 242.

3) Ephem. nat. cur. dec. I. ann. 4 et 5. obs. 31. — *Salzburger medicinisch chir. Zeitung* 1811. p. 183.

Narrant MARCARDUS (*medicin. Versuche. Th.* 2. *No.* 5. p. 183) de puero a matre et DOLLFUSIUS (Commerc. liter. Norinberg. T. XII. 1742. Hebd. 38. No. 2. p. 303) de gravida, cujus perinde mater cardialgiae decennium, inprimis vero illum isthanc aegram utero gestasset, fuit obnoxia.

WEBER (not. 1. in TISSOT *Abhandl. von den Nerven und ihren Krankheiten. B.* 3. *Kap.* 13. §. 51. p. 136) feminam novit, cui *aqua Coloniensis* cardialgiam accersit. HOYERI (Act. acad. nat. curios. Vol. IV. obs. 34) femina junior quoties atrocissima cardialgia affligebatur, quoties *allio* vescebatur. WEPFERUS (Miscell. acad. nat. curios. dec. II. obs. 171. schol. p. 309) novit matronam, quae degustato *aceto* aut comesto *fructu crudo* sive dulci sive acido, protinus saeva cardialgia correpta fuit. Similem etiam casum E. STAHL (diss. de morosis aegris. Hal. 1714. §. 41. p. 34) memorat, aliumve in egregio medico novocomensi CARBONI observavi, utpote qui ab ingestis paucis *succi citri* vel aceti guttis, stomachi dolore obnoxius evadit. Idem accidit doctori LAENNEC, dum *gelatinam cydoniorum* come-

pueri, puellae et in genere homines temperamento praeter modum sensili praediti [3]). Legitur de cardialgia endemica*).

Excitantes. 2. Excitant dolorem epigastrii alimenta tenacia [4]), pinguia [5]), salita [6]), flatulenta inprimis ad-

fer-

debat (VERNIÈRE in *Répertoire d'anatomie et de physiol. par Mr.* BRESCHET T. 4). Frequentissime autem mihi epigastrii dolor obvenit ex *fragarum* esu, et quidem cum lipothymiae sensu in filio meo adoptivo *Victor* quem mortuum deploro. Plurima similia exempla fasti medici exhibent (*Medicinische Anecdoten. Th.* 2 *No.* 235). Contrario pater meus ex esu omnium fructuum horaeorum doloris ventriculi periculum incurrebat, exceptis fragis, quas impune ad libitum comedere potuerat. Nec desiderantur cardialgiae constanter post esum *raparum* (PAULLINI de nuce moschata. sect. I. P. III. membr. I. cap. 1. §. 6. p. 457), *alaudarum* (Act. acad. nat. curios. Vol. II. obs. 69) aliarumque avium (LANGWEDEL defensio Hippocratis p. 95) quid quod carnis bubulae (REES *practical observations on disorders of the stomach*) evolutae.

3) Facile itaque intelligitur morbum nostrum hystericis et hypochondriacis maxime familiarem esse, ut jure monuit et exemplis alienis confirmavit TRNKA l. c. p. 35.

*) STADTHOVER in *Tübing. Blätter. B.* 2. *Heft.* 2. *No.* 4.

4) Ut farcimina (STORCH obs. clinic. ann. IV. Aug. class. I. §. 3. p. 431), murenae (HAGENDORN histor. med. phys. cent. II. hist. 5), ostreae (RIEDLIN lin. med. ann. I. Jan. 19. p. 22), aselli (ibid. ann. III. Feb. 18. p. 113), rapae crudae (ibid. ann. V. Decemb. 7. p. 12, — PEZOLD obs. med. chir. select. 36), *caseus* (FABRI insignes curat. 36, — LENTILIUS eteodr. med. pract. p. 509, — PAULLINI de nuce moschata cap. 9. §. 11. p. 462), corium lardi fumo duratum (HILDANUS cent. IV. obs. 33), grana avenae (THIBAULT *neue Samml. auserl. Wahrnehm. aus all*

aentationem prona[7]), calida[8]), potus frigi-
[9]), cerevisiae[10]), liquorum fermentatorum[11]),
aro-

Theilen der Arzneyw. B. 5. No. 51. p. 339. — BUSSIÈRE
apud BAYLE Hamb. Magaz. B. 22. p. 553).

Ut oleum lini (WEDELIUS diss. de frustranea et inconvenienti medicamentorum adhibitione. Jen. 1715. P. II. c. 4. §. 4), cibi oleosi (Annal. Wratislaw. Tent. 37. ann. 1726. Aug. cl. II. art. 3. §. 4. p. 193), fungi in butyro frixi (ETTMÜLLER colleg. consultat. cas. 6. opp. T. II. P. II. p. 137).

Ex esu halecum desuper sumti bis elixirii proprietatis drachmas tres (STORCH observat. clinic. ann. VIII. Jul. Cl. IV. p. 517).

Ut fructus horaei (HEISTER l. c. No. 170; — TREVIUS Commerc. lit. Norimb. T. IV. ann. 1734. heb. 5. p. 34), cerasae inprimis (RIEDLIN curat. med. millenar. No. 497; — GRONERUS Commer. lit. Norimb. T. III. ann. 1733. Hebd. 24. p. 189; — GOERITZIUS Annal. Wratislaw. Tent. 23. Jul. cl. II. art. 3. §. 3. p. 40) uvae et lacticinia (RITTERUS Nov. act. acad. nat. curios. T. V. p. 33), lac semi coagulatum (AMATUS curat. med. cent. VI. cur. 56), serum lactis (STORCH l. c. Febr. cl. V. No. 5. p. 126), lactuca (BÜCHNER Miscell. phys. med. math. ann. 1727. Jun. Cl. II. art. 4. p. 344), cucumeres aceto, pipere et sale conditi (BINNINGER obs. et curat. med. cent. VI. cur. 56).

FORESTUS obs. LXVIII. obs. 24.

Inprimis calente corpore sumtus (LENTILIUS miscell. med. practic. P. I. p. 61; — GLASERUS diss. de chlorosi §. 21; — SCHERFF diss. de spasmo ventriculi; — RHODIUS obs. med. cent. II. obs. 71; — SIMS Bemerk. über epidem. Krankh. cap. 3. p. 60; — TREWUS Commerc. liter. Norimb. T. IX. ann. 1739. heb. 39. p. 305). De cardialgia ex potu frigido utpote incolis Americae familiari loquitur PASCALIS (The Medical Repository of original essays and intelligence relative to Physic, Surgery etc. T. 4).

aromatibus conditorum[12]), theae[13]), cofeae[14]), medicamenta terrestria[15]), salina praeque omnibus *nitrum*[16]), emetica[17]), cathartica[18]), drastic

10) Pelargus *med. Jahrg.* 2. p. 457.

11) Ut spiritus frumenti (Schmucker *vermischte chirurg. Schrift. B.* 2. *Absch.* 7. *Bemerk.* 31. p. 204; — Baadi l. c. obs. 28; — Hoffmann in Poterii obs. cit.; — Pohlius diss. de callositate ventriculi ex potus spirituosi abusu. Lips. 1771. p. 11), vinum (Adolph l. c; — Riedlin curat. millenar. No. 278; — Brrynius in Leske *aus erl. Abhandl. med. pr. und chirurg. Inhalts aus den phil. Transact.* 24. 2. *No.* 35. §. 1. p. 129; — Donauer apud Büchner l. c. ann. 1730. Decembr. cl. IV. art. 8. p. 1525; — Verzascha observ. medic. 48; — Lotichius observ. med. lib. IV. c. 1. obs. 6)

12) Vinum cum zingibere et pulvere granorum paradisi haustum (Forestus l. c. obs. 21. 24).

13) Riedlin curat. med. millen. No. 46.

14) Pomme l. c. p. 154. — Lentin *Beyträge No.* p. 714.

15) Ex abusu pulverum (Hagendorn hist. phys. med. cent. II. hist. 6; — Alberti Act. acad. nat. curios. Vol. II. obs. 139), lapidum cancrorum (Alberti diss. de absorbentium utilitate et damno in praxi medica. §. 3. p. 11), pilularum (Ballonius Paradigmat. 110). Cfr. cap. XXV. Cl. 4.

16) Quamvis nitrum nunquam ad magnas illas doses, quibus alii medici glorientur, praescribam; nihilominus plus vice simplici sub illius usu cardialgias observavi.

17) Poterius obs. et curat. cent. I. cap. 32; — Hanneman Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 4. obs. 61; — Meibomius diss. de leniore medic. eximio usu. Helmst. 1692. §. 7; — Fr. Hoffmann diss. de medicis morborum causa. §. 14. opp. supplem. II. Part. I. p. 504.

18) Bartholinus Act. philos. medica. Hafn. Vol. I. obs. 1? p. 213; — Riedlin lin. med. ann. V. heb. 6. p. 722;

...o-emetica [19]); narcotica maximeque folia digitalis [20]), venena [21]); vermes [22]), hirudines [23]), in-

...) PLATER l. c.; — LORRY *von der Melancholie. B.* 1. *Th.* 1. *Kap.* 6. p. 261; — De lethali adeo ex *aloe* cardialgia legitur apud BONET (sepulchr. lib. III. sect. VII. obs. 35).

...) GOCKELIUS gallicin. med. pract. cent. II. consil. 22. — Saevas cardialgias ex usu remedii sic dicti *Le Roy* observavi.

...) Post diuturnum ejusmodi remedii usum, adeo ecchymomata in superficie interna ventriculi conspexi.

...) ETTMÜLLER colleg. consultat. cas. 6. opp. II. p. 137. — FORESTUS l. c. obs. 28 (pastillae venenatae), — ALBERTI diss. de ventriculi ardore §. 12. p. 12 (mercuriale secretum). Ex tinctura cantharidum consulto deglutita in femina vindobonensi, et ex eorum pulvere, ipecacuanhae loco a medicinae studioso vilnensi sumto, terribiles excitatas vidi cardialgias. — HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 1832. August. p. 111 (vitrum contusum).

...) §. LXVIII. 3. Praeterea: ZACUTUS prax. admirab. lib. II. obs. 31. med. princip. lib. II. obs. 11; — SCHULTZ Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. obs. 258; — HEISTER op. c. B. 1. No. 524. p. 879; — RIEDLIN lin. med. ann. IV. Aug. 12. p. 825, et ann. VI. Febr. 21. p. 199; — CHESNEAU l. c. obs. 2. p. 197; — BENIVIENI de abditis morborum causis cap. 2; — DODONAEUS annotat. ad Benivieni l. c. cap. 85; — HELWIG obs. phys. med. 95. p. 299; — LEDELIUS Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 3. obs. 84; — STEGMANN ibid. dec. III. ann. 1. obs. 7; — BARTHOLINUS Act. med. philos. Hafn. Vol. 5. obs. 34. p. 11; — HAGENDORN hist. med. phys. cent. II. hist. 4.

...) RHODIUS obs. med. cent. II. obs. 72; — ZUINGERUS Miscell. acad. nat. curios. cent. VII. obs. 25; — HILDANUS l. c. cent. IV. obs. 38; — DESMILLEVILLE in HAUTESIERK *recueil. T.* 1. p. 172; — DOUBLE in *Journ. général de méd. T.* 24. p. 377.

...) Frank Prax. III. I. 2.

insecta[24]), aliaque, si vera referantur, anima-lia[25]); porro nuclei[26]), ossa[27]), calculi[28]), me-talla[29]

24) Fel. Plater l. c. p. 444; — Fabricius Hildanus cen IV. obs. 38. V. 29; — Observ. med. curios. de excretion vermis nunquam antea redditi. Wolfenb. 1723.

25) Limax (Binninger l. c. cent. V. obs. 63), piscis viv (Borelli hist. et observ. medic. physic. cent I. obs. 9 lacerta (Linckius Act. acad. nat. curios. Vol. I. obs. 107 serpens, arges dictus, in os adolescentis obdormientis i trans (Hippocrates epidem. lib. V. D. 85), lacertae (Ma-tuschka *Beobacht. und Abhand. aus dem Gebiete der g sammt. Heilk. Herausgegeb. von den Direct. und Profe des Stud. der Heilk. an der Universität zu Wien. B.* 1).

26) Cerasorum (Riedlin millenar. No. 497; — Wolffi Annal. Wratislaw. Tent. 31. 1725. Jan. cl. IV. art. 12. 77; — Groner in Commerc. lit. Norimb. 1733. p. 189 integrum fructus cornus (Riedlin lin. med. ann. 6. Octo 11. p. 1149).

27) Cum brassica deglutitum (Riedlin l. c. ann. I. Juli p. 192. — Brambilla *chir. pr. Abhandl. vom Phlegmo Th.* 1. *cap.* 9 p. 191).

28) §. LXVIII. 3. observationes Bilgeri, Hofferi, Schultz Cordani, Garneri, Lanzoni. — Dobrzensky (Misce acad. nat. curios. dec. I. ann. 2. obs. 181) refert feminae ubi vomitu arte excitato duos calculos, figura, colore, magnitudine amygdali similes, excrevit, a diuturna ca dialgia cum anxietate fuisse liberatam. Vidit Gentil (commentat. in Avicennam lib. IV. F. 1. Tr. 2) calculu gypsi instar durum, ovalem, nuci communi aequale post stomachi dolorem vomitu expulsum. — „*J'ai vu* (1 *Juillet* 1791) *à Hospital* (*Suisse*) *chez le médecin* Hald *un petit calcule d'estomac avec un noyau de cérise enclav qui fut rendu d'un paysan par un vomitif après avoir souf fert une longue cardialgie*" (Ex schedis Paternis). — Hel

[29]), vitri frustulum *); violentiae externae, ...psus [30]), pugilatus [31]), contusio [32]), reclina- ...corporis [33]), herniae **) etc. [34]); motus [35]), ...emata animi [36]), electricitas [37]), aer corru-

Bb 2 ptus [38]),

...eobacht. über Magensteine (Rust Magaz. der gesammt. ...eilk. B. 20. p. 518).

...Ut omnis generis instrumenta (Bonetus l. c. obs. 40 è ...chultzio), acus (Benivieni l. c. cap. XX. — Hagen- ...orn l. c. cent. I. hist. 81; — Rust *Magaz. der gesammt. ...eilk. B.* 17. *Heft* 3. p. 556; — Villars in *Mém. de la ...ciété des sciences de Strasbourg. T.* 2. 1832. p. 292); — ...ltri cuspis (Heister l. c. B. 2. p. 161); — monetae ...leuland *anat. med. Schrift.* p. 114); — furca (Harless ...heinisch-Westphäl. Jahrb.* 1825. *B.* 3. *St.* 3. p. 127) etc. ...upont *gazette de santé* 1825. *Février.* Hufeland's ...urn. der pr. Heilk.* 18 *Juli.* p. 105.

...Subsequente fractura brachii (Forestus lib. XVIII. ...s. 26).

...Dicant Angli post certamen vulgo *boxen*; an a graeco ...abulo πυξ? (de pugilatu apud antiquos. Wiln. 1818).

...Ex globulo nivis vide cap. XXIII. §. XCII. No. 11.

...Didier op. infra citando.

...roriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk.* ...38. *No.* 5. p. 80.

...De cardialgia ex laesis gingivis legitur apud Lentilium ...iscell. med. pr. Part. II. p. 414), ex laeso capite apud ...enander (consil. V. No. 16), ex rasura unguium apud ...ckelium (gallicin. med. pr. cent. II. cons. 22).

...oda apud nonnullas gentes *equitum morbus* dicitur (Th. ...rmann consil. lib. III. cons. 14. p. 195).

...error matris ab casum infantis (Plater l. c. p. 413), ...mi commotio a lapsu (Schuster Act. acad. nat. curios. ... VII. obs. 50), imaginatio ex adspectu conatus vo- ...us exhibito emetico sorori (E. Stahl diss. de teneris

ptus[38]), vita sedentaria[39]), podagrae impedi evolutio[40]), suppressio scabiei[41]), menstruo rum[42]), lochiorum[43]), haemorrhoidum[44]), fluo ris albi[45]), sudoris[46]), tumorum[47]), ulcerum[48]) appl

aegris. Hal. 1708. §. 19), moeror ex aerumnis (VICAT d lect. obs. pract. ex diario clinic. obs. 32. p. 125; RIEDLIN millen. No. 598; — FR. HOFFMANN med. ratio syst. P. IV. sect. II. cap. 2. obs. 1) et praecipue *ira* (K NOLDI ad annales Vratisl. supplem. I. art. 13. p. 131; HOFFMANNUS l. c. obs. 9. — LUDOLFF diss. cit.)

37) Ex dolore gravativo regionis epigastriae tempestat cum tonitru praedicit vir novocomensis mihi amicus.

38) BAKER in *Arzneyk. Abhandl. von London. B.* 3. *p.* 8

39) Praesertim inclinato antrorsum corpore, e. c. scriben

40) §. LXX. No. 1.

41) VETILLART DU RIBET in ROUX *journ. de méd. T.* 15.

42) LENTILIUS Misc. acad. nat. curios. dec. III. ann. 7. 120; — VICAT l. c. obs. 28. p. 115.

43) RIEDLIN curat. millenar. No. 968. p. 683.

44) HOFFMANN l. c. obs. 4.

45) NEGRINI in *Journ. de médec. T.* 65. p. 59.

46) Praecipue pedum (FAHNER *Beyträge zur prakt. und richtlich. Arzneyk. B.* 1. No. 9; — LENTIN *Beyträge* I. — KREBS *medic. Beobacht. B.* 1. p. 5; — KRÜGELSTEI HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 30. *St.* 5. p. 95).

47) Ita a struma disparente cardialgiam in matrona secu refert VICAT (l. c. obs. 31), et FR. HOFFMANNUS (Theses pathologicae §. XXI) vidit bis „parotidum mores in sexu muliebri non adeo exiguos externis qui applicitis evanuisse, sed brevi post cardialgiam cum gustia spirandi insecutam fuisse.“

48) SWIETEN constitutio epidem. Lugd. Bat. p. 300; DREYSSIG in HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B. St.* 3.

licationes externae[49]), et frequentissime venus ia, inprimis onania*).

3. Ex sequenti paragrapho quodammodo patient caussae cardialgiae. *proximae*. Proximae.

§. LXX.

Diagnosis.

1. *Epigastrii dolor* proficisci potest: ex cute oni istae imposita; ex summitatibus musculo- rectorum abdominis ac peritonaei et prolapsu ronatae cartilaginis; ex lobis inferioribus pulmum; ex pericardio et corde depulsis; ex ar- aorta et coeliaca; ex hydrothorace; ex he- et cystide fellea, ex pancreate, ex liene, ex bus, vesica et utero; ex mesenterio; ex inte- colon; ex plexu nervorum coeliaco exque riculo. Loci affect.

2. Ex *cute*: ubi *zoster* vel *anthrax* ad cor- scrobiculum evolvuntur[1]). Regionis istius- i exploratio quoque ad *hernias superiores li- albae*[2]) et ad *introversionem cartilaginis xi- dis* detegendas requiritur, ex qua ultima saepe lialgias apud sutores, formas, et apud texto- jugum, epigastrio crebro admoventes, observavi- Ex cute.

) Admotum temporibus ad somnum conciliandum linteolo croci odore imbuto (Ledelius Miscell. acad. nat. curios. Dec. II. ann. 4. obs. 67).

Plane consentio cum Schmidtmanno idem contendenti (l. c.).

Part. I. Vol. I. sect. II. cap. XIII. Vol. III. cap. VIII.

Cap. XIII. §. XLIII. 3.

vavimus [3]). Ejusmodi cardialgia incrementum ca-pit a brachiorum extensione, et ab ingressu ci-borum in ventriculum, quem interdum vomitus sub-sequitur *).

Ex muscul. rect. 3. Ex *musculis rectis abdominis* et *peritonaeo* ubi hae partes superius rheumate et phlogosi la-borant [4]). Dolor epigastrii tunc, ab attactu trunci motu, augetur.

Ex pulmonibus. 4. Ex *pulmonum lobis inferioribus:* ubi hi lo tuberculis referti sunt. Habitus aegroti potissi-mum istam, phthisicis familiarem cardialgiam designat [5]).

Ex peric. et cor. 5. Ex *pericardio et corde:* ubi hae partes in-vicem coalescunt, aut cor polypo aut hypertro-phia laborat. Plurima de pulsante hac cardialg alibi notavimus [6]).

Ex aort. et coeliaca. 6. Ex *arteria aorta et arteria coeliaca;* su rerum positionibus in tractatibus de anevrysma

ao

3) „Cartilago mucronata sterni, inquit Barbette (op chirurg. anatom. P. III. lib. I. cap. 4. §. 2. p. 389), fr quentius, quam quidem practici annotant, indebite i curvatur, . . . sique mucrone ad interiora vergens ve triculum premit; unde appetitus prostratus, assumptoru vomitus, imo *ventriculi continuus dolor*, totiusque corp ris atrophia. Quod vitium anatomiae periti facillime t ctu deprehendunt, et interjecto paucarum horarum spa curatione auferunt, quo aliàs ad annos plurimos homi miserrime divexantur."

*) Condrochi opere supra (cap. XIII. §. XLI) citato.

4) P. I. Vol. III. sect. II. cap. XXX. §. CV. No. 6.

5) P. II. Vol. II. sect. I. cap. X. §. XLIV. 3.

6) P. II. Vol. II. sect. II. cap. VIII. IX. XII.

ae deque motibus cordis et arteriarum vitia
nica simulantibus, satis enucleatis [7]).

7. Ex *sero aut liquore purulento cavitatibus* Ex hydro-
ae inclusis: ubi diaphragmatis fornix anterior thorace.
deprimitur. Talis cardialgia urinae proflu-
argo profligari solet [8]).

8. Ex *hepate, cystide fellea, pancreate, liene,* Ex hep. cyst. fell. pancr. lien. ren. vesic. uter. et mesent.
us, vesica urinaria, utero et *mesenterio:* ubi
itiones, in tractatibus de morbis illorum vi-
m designandae, ingruunt *).

9. Ex *intestino colon:* ubi saburrae aut flatus Ex intest. colon.
us portione transversa colliguntur [9]),

10. Ex *plexu nervorum coeliaco:* ubi ille a Ex plex. coeliaco.
is neuralgiarum generalibus [10]) tentatur. *Neu-*
ral-

bid. cap. XVI. XVII.

HODII pharmacopoeus cardialgia correptus cum difficili re-
iratione, sero copiosissime per urinas excreto inter qua-
or ac viginti horas convaluit (obs. med. cent. II. obs. 70).
nterea audiantur aurea LIEUTAUDII verba: „*Rien n'est*
us familier dans la pratique que l'usage des remèdes pro-
es à l'estomac, indiqués par des douleurs que les mala-
rapportent à sa region; douleurs produites le plus
uvent par des vices au foie, à la rate, au pancréas,
l'épiploon, au diaphragme etc." (*Anatomie historique et*
tique. Nouvelle édit. augmentée par Mr. PORTAL *T.* 1.
face p. III). Cfr. STOSCH *Magenkrampf als einziges*
nptom von tödtlichen Leberkrankheiten; in CASPER *Wochen-*
rift für die gesammte Heilk. 1833. *No.* 4.

egitur (SCHENK l. c. obs. 100. observante Camerario)
luisse quipiam circa stomachum, medicos cardialgiam
e ratos frustra remedia quaeque adhibuisse, donec alvo
ti enemate mota dolor sopitus docuit, sedem suam in
o, stomacho contiguo, fuisse.

. II. Vol. I. sect. II. cap. V.

ralgiam coeliacam nos coram habere *conjectura-mus*, si saeviente epigastrii dolore, ventricul functiones vix laesae sint et dyspepsia desit; s non solum viscera imperio paris nervorum vag subdita, sed et illa quae nervo sympathico magn obediunt, in consensum trahantur, si dolor epi gastrii cum aliis neuralgiis nexum agnoscat[11], vel ex ignotis caussis lethalis evadat[12]), sique quin anevrysma adsit, epigastrium pulset.

Ex ventriculo.

11. Ex *ventriculo*: ubi stomachi officium per turbatum est, acida eructantur, res deglutitae praesertim alcohol[13]), molestias inferunt, et oe sophagus, fauces, ac intestina simul laborant.

12. Ge

11) Sic a Fr. Hoffmanno (med. rat. syst. thes. patho §. 21) „observatum est hemicraniam et cardialgiam int se alternasse, ita ut cardialgia sublata hemicrania fue secuta et postea hac ipsa discussa cardialgia redierit".

12) Id quod in femina observavit Detharding (Misce acad. nat. curios. cent. I. et II. append. p. 185). Ha subito corripiebatur doloribus sub scrobiculo cordis mol stis; ex eo loco in oppositam dorsi partem excurrentibu quos topicis undique adhibitis sedare primum, sed fr stra, tentabat, felicius interne propinatis paregoricis, qu cum lotium pultaceum et chylosum observaret, stomachi blanda addidit, levamen et solamen afferens: „pacata m videbantur omnia, illa foras prodire, et officiis suis pra esse; quando triduo elapso mensae accumbens subi iterum gravissimis illis doloribus correpta, sanguine naribus prorumpente, prosternebatur, et exanimis con debat". (an ventriculi perforatio?)

13) Th. Simson de re medica dissert. quatuor. Edit. ac curata a Joh. Chr. Schlegel Lips. 1771. p. 140. (Alcol forte guttatim deglutitum, haud secus ventriculum, ci cardiam laborantem, ac oculum afficere, asserit).

12. Genuina haec *cardialgia* facile cum *neu-*Complicatio coeliaca.
ia complicatur [14]).

13. Priusquam nunc de *cardialgia* morbum Divisio.
se constituente agamus, de *cardialgiis* alio-
morborum *symptomate* dicendum

14. Itaque dicendum de *febribus intermittenti-* Feb. interm. cardialgicae.
cardialgicis [15]), manifestis, larvatis, pernicio-
[16]), quotidianis [17]), tertianis simplicibus [18]),
licibus [19]), probe a solitis epigastrici dolori-
periodicis [20]) distinguendae [21]); in quibus fe-
us nisi bilis in stomacho nidulantis certa
a adsint*), affectio plexus coeliaci [22]) et ga-
iis sese nobis obtrudent.

15. Di-

) Nervi ventriculi adeo cum plexu coeliaco connexi sunt, it vix imaginari liceat, quomodo illi pati possint, quin ii hi in consensum trahantur, et vice versa.

) P. I. Vol. I. sect. I. cap. II. §. XXIV. 2.

) Torti therapeutic. special. lib. IV. cap. 1; — Medicus Geschichte d. periodischen Krankh. §. 39. p. 122.

) Rayger Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 4. obs. 0. et schol. ad P. Spindler obs. med. 22. — Thaer in Casper's *med. Wochenschrift. Berlin* 1833. No. 8.

) Bartholin hist. anat. rar. cent. III. hist. 50; — Rivinus diss. de febribus intermitt. Lips. 1683. §. 11; — Ruff Nova acta nat. curios. T. VI. obs. 6. hist. 3. p. 25.

); Torti l. c. hist. 9. 10.

) e. c. a cibis assumptis, tempore digestionis.

) Trnka (l. c. p. 99) jure monet, non omnem cardialgiam periodicam esse semper pro febre larvata habendam. Ad hoc curriculum morbi acuti requiritur. Quomodo A. Laborderie aeger laborasse dicatur „*d'une gastro-entéralgie intermittente*" (*Revue médicale.* 1830. *Octob.* p. 59), non intelligo.

Febr. cont. cum card.

15. Dicendum quoque de *febribus continui* dolore regionis epigastricae stipatis, qui dolor repetendus erit — ex *ventriculo*, ubi saburrae, bilis, pituita, vermes[23]) et phlogosis latere videntur; — ex *plexu coeliaco*, ubi systema nervosum a caussis minus materialibus labefactatum fuit[24]).

Febr. pestilent.

16. Dicendum tandem de *peste*[25]), *typho*[26]), *febre*

*) Sic in AMATI LUSITANI (l. c. cent. VI. curat. 79) monacho „qui cum tertianae paroxysmo corripi incipiebat ita ventriculi dolore cruciari quoque incipiebat, ut alta voce, ad mediam horam clamaret; qui dolor non aliunde quam a bilis acris ad ventriculum fluxu ortum trahebat quae sua acredine et mordacitate dolorem inferebat.“

22) Sic in hysterica LENTILII (Eteodr. med. pr. Aug. 30 p. 821) quotidianam intermittentem vespertinam cum torminibus, dolore epigastrii, vomituque passa, et praecipue in nobili triginta quinque annorum POTERII (Insign. curat. et singul. observ. cent. I. cap. 43) qui a fulmine incendioque exterritus in duplicem tertianam incidit, cum hemicrania aliisque gravissimis symptomatibus, paroxysmi tempore circa stomachum tam immanes tamque celeres dolores patiebatur, ut veluti fulmine ictus brevi exspiraturus videretur. — Plexus coeliaci passionem quoque in binis aegrotis meis, quorum unum Ticini (ann. 1794. Septembr.), alterum Vindobonae (ann. 1800. Maii) curavi, latitasse suspicor. Ille veluti febre intermittente subcontinua laborabat, hic, tertiana. Prae dolore mox ejulabant, mox loqui haud potuerant; suspiria ducebant, animo hinc inde deficiebant cum extremitatibus frigidis, ac fronte sudore cooperto.

23) Edit. alterae P. I. Vol. I. sect. II. cap. IV. §. XX—XXV.

24) Ibid. cap. V.

25) Edit. alter. P. I. Vol. II. sect. I. cap. I. §. III. No. 1.

'e flava [27]), *cholera pestilentiali* [28]), *variola* [29]), *oura* [30]), quorum morborum caussae saepe *'os* ventriculum providentes, et plexum coe- *um* constituentes vehementer afficiunt.

117. *Cardialgia et neuralgia coeliaca*, sine alio Cardialg. *bo* manifesto exstantes ideoque *primariae*, in primaria. *es* dividi solent *species.*

118. *Cardialgia a peregrinis ingestis.* Aegri C. ab in- *endi* sunt, ut reminisci satagant, quaenam ante gestis. *oatum* malum assumpserint; inquirendumque forte praevio delirio aliquid inconsuetum *ititum* fuerit *)? Plurima de hoc argumento *actatu* de gastritide.

119. *Cardialgia dyspeptica, saburralis.* Valent C. dyspe- *raecepta* diagnostica alibi tradita [31]). ptica.

120. *Cardialgia biliosa.* Oritur ubi bilis aut C. biliosa. *osior* [32]) aut acrior [33]) quam par est, in sto- ma-

Pestes Rossiae et Artesiana ann. 1427; pestis Romana 656).

P. I. Vol. II. sect. II. cap. 1. §. II. No. 2.

Ibid. cap. II. §. X. No. 2. (observante Arejula).

P. III. Vol. II. sect. appendix.

P. I. Vol. III. sect. I. cap. IV. §. XVIII. No. 2.

P. H. Vogel (apud Büchner l. c. 1728. Novembr. Cl. *r.* art. 4. p. 1449) de juvene narrat, qui circa declina- *onem* gravis purpurae, queri coepit de intenso cardiae *olore* a quibusvis ingestis maxime saeviente.

Villards l. c. 31) Cap. XVIII. §. LXV. No. 5.

Vidit Swieten comment. ad Boerhaave §. 642.

Theologus de quo narrat Lorry (*von der Melancholie. h. 2. cap.* 5. p. 426) praevio dolorifico stomachi spasmo, *pente* ingruente, in maniam furibundam incidit, quae *uxu alvino nigro* solvebatur.

machum (aliquando extus flavo colore tinctum[34]) effunditur. Caussae solitae hujus effusionis sunt annua constitutio morbis biliosis favens[35]), jejunium protractum[36]), corporis motus validus inconsuetus, ira, et faeces intestina obstruentes. Indicant malum (a multis observationibus comprobatum[37])) habitus aegroti subflavescens, lingua muco luteo obtecta, oris amaror, halitus foetens, anorexia, et ardor ventriculi[38]).

Monitum. 21. Atque hîc animadvertere juvabit, quod alibi[39]) fusius docebitur, bilem in vesicula fellea aut in ductibus biliferis condensatam, concretamque, quo tempore vi in intestinum duodenum tran-

34) F. Platerus (l. c. p. 418) ventriculum a bile flava, sede, qua vesicula bilis ventriculo superstrata illum attingit, tingi macula lata lutea, ad interiora illius quoque penetrante, commaculari, aliquoties observavit; illisque praesertim, quibus viventibus perpetui ventriculi ardores molesti erant, hoc accidisse notavit.

35) Ad cardialgiam biliosam verisimiliter spectat *soda epidemica* de qua loquitur Gasserus (obs. med. 59. in Velschii sylloge obs. et curat).

36) Foresti (l. c. obs. 4) frater cardialgiam non nisi post jejunium longius solito protractum, aut post majorem corporis motum, patiebatur.

37) Amatus l. c. curat. 73; — Zacutus prax. med. admir. lib. II. obs. 1; — Faber insign. curat. 38; — Tilling observ. med. singul. circa verum usum therm. Carolin. obs. 33. p. 61; — Weitbrecht Commerc. liter. Noric. T. 9. ann. 1739. heb. X. No. 9. p. 75; — Bianchi hist. hepat. T. I. p. 516.

38) *Pyrosis biliosa* Sauvagesii (l. c. spec. 2).

39) Part. III. Vol. II. sect. II. cap. de calculo bilioso.

nsire conatur, cardialgias, seu potius neuralgias coeliacas, omnium frequentissimas[40]), excitae; facile dignoscendae: ex mali periodico incessu (saepe post leves in diaeta commissos errores[41])), ex dolorum peculiari saevitie[42]), ex vomitus et singultus apparitione, ex icteri, evidenti plus minus circa paroxysmum, evolutione[43]), et

40) Sancte fateor gravissimas quae mihi in praxi quadraginta annorum obvenerunt cardialgias, maxima e parte, a calculo bilioso ortum duxisse.

41) Vulgo pro mali caussa habitis.

42) Agitur de intolerabili epigastrii dolore, cum facie, veluti cadaverica, extremitatibus sudore frigido coopertis, pulsu minimo, frequenti, irregulari, jactatione et anxietate.

43) Stupanus diss. de cardialgia spasmodica cum ictero alternante. Basil. 1748; — Camerarius apud Schenk lib. III. obs. 99; — Plater l. c.; — Borrichius l. c.; — Schuster Act. acad. nat. curios. Vol. VII. obs. 50; — Trew Commerc. lit. Norimb. T. IX. ann. 1739. hebd. 39. p. 305; — Brückmann ibid. heb. 44. p. 345; — Michelottus de imprudenti medicat. multor. morbor. causa. Opp. T. VI. §. 51. p. 306; — Holdefreind *Erzählung merkwürdig. Krankengesch.* p. 32. „Vidi cardialgiam violentam in viro toroso bene nutrito (consiliario intimo Wolf, Bruchsaliae 1782) saepissime retrovertentem etiam illum hic se diaetae regulis ultro submisisset: omnia remedia vix aliquid praestiterant. Tandem exoritur dolor in regione dextri hypochondrii sub costis spuriis; pro arthritico habui, donec oculorum albugineam flavidam fieri animadvertens, ad vesiculae felleae et jecinoris obstructionem conclusionem fecissem. Datis tunc, cum icterus obortus esset, sapone, extracto cichorei, taraxaci et rhei pulvere in pilulas conversis et sero lactis pro potu, icterus

et ex faecibus corpus delicti sub forma aut materiae piceae, aut calculorum, aut sabuli exhibentibus.

C. flatulent. 22. *Cardialgia flatulenta* cognoscitur per tumorem ovi gallinacei magnitudine versus partem dextram epigastrii, ubi situs est pylorus, nec non ex majori respirandi difficultate [44]), ex levamine doloris a ructibus, ex inflatione majori post cibum, exque aliis signis serius enucleandis [45]).

Pyrosis. 23. *Cardialgia ex acidis, pyrosis* [46]), *soda* [47]) dicta*), communissima est gravidis [48]) et illis, qui cibis oleosis rancidisque vescuntur, ac potu liquorum fermentatorum abutuntur. Aeger, morosus et iracundus redditus, sensum acidi et fervoris in epigastrio, sese per totum oesophagum ad gut-

sanatus est cum cardialgia, quae non amplius, ut alias revertebatur" (*Ex schedis Paternis*).

44) Propter turgescentem ventriculum a flatibus.

45) Part. III. sect. I. cap. de affectionibus flatulentis.

46) A πῦρ, ignis. Gallic. *cremason*, quia cremari seu uri videtur cardia.

47) Vox barbara, Germanis *der Sod, das Sodbrennen*. Angl. *Water-brash; black water; water qualm*.

*) Nasse, *pyrosin* utpote morbum cum dolore, a *soda*, quatenus simplicem acidorum eructationem, distinguit (Horn *Archiv f. med. Erfahr. Jahrg.* 1826. *März. April*, p. 351).

48) Hermannus, narrante von der Lahr (diss. de sterilitate), curandam habebat mulierem, quae concepisse se certe scivit, ut primum sodam patiebatur. Innumeras gravidas cum cardialgia ex acidis vidi, videruntque Riedlin (curat. med. millenar. No. 46), Binninger (l. c. cent. III. obs. 63), Schuster (Act. acad. nat. curios. Vol. VII. obs. 50).

ur usque diffundentem, percipit, cum exspui-
e et vomitione materiae, aliquando ita acidae,
iper solum calcareum conjecta effervescentiam
tet. Variae sunt opiniones circa illius mate-
acidae indolem *).

24. *Cardialgia pituitosa* ad praecedentem ac-. Patefit a habitu corporis flaccido, anore- stomachi pondere, saliva acida [49]), ut dys-a [50]), et a fugata per vomitum pituita vi-[51]). C. pituitosa.

25. *Cardialgia verminosa*, infantibus et femi-miliaris, dignoscitur per signa vermibus in-alibus peculiaria [52]), perque dolorem epiga-periodice recurrentem, potissimum circa no-lunam, noctu, et jejuno ventriculo. C. verminosa.

6. *Cardialgia et neuralgia coeliaca ex ple-tho-* C. ex plethora.

cidum in ventriculo animalium contentum habitum fuit
) *muriatico* (Prout *annals of Philosophy*. 1824. *Jul.*);
) *lacteo* (R. J. Graves in *Transactions of Fellows and
centiates of the King's and Queens college of physicians
Ireland*. 1824. *T.* 4) pro *acetico* (Perperes *alcune
rienze tendenti a riconoscere la natura dell' acido for-
to nell' indigestione* in *Giornale della società medica di
rma*. *Vol.* 8. p. 344. et *Annales de chimie*. *T.* 60.
280).

hudenius Act. med. Berolinens. dec. I. Vol. 8. art. 8.
3. p. 87.

restus l. c. obs. 23.

ye *med. Bemerk. und Untersuch. einer Gesellschaft von
zten in London*. *B.* 1. *No.* 21. *cas.* 1. p. 223.

art. III. Vol. II. sect. I. cap. de vermibus intestina-
s.

thora, a PANAROLIO[53]), BONETO[54]), KAEMPFFIO[*]) et PORTALIO[55]) illustrata; ex doctrina vomitu cruenti et gastritidis chronicae[56]) intelligetur.

C. rheum. arthrit. 27. *Cardialgia et neuralgia coeliaca ex rheumate aut arthritide.* Evolvitur fugatis doloribus artuum, suppressa transpiratione cutanea[57]), impedita podagrae evolutione[58]). Decurrit morbus nunc acuti, nunc chronici instar. Ibi plerumque ad gastritidem spectat, hic facile calculo jungitur.

C. carcinomatica. 28. *Cardialgia et neuralgia coeliaca indolis carcinomaticae.* Ex doctrina doloris faciei FOTHERGILII[59]), vis diatheseos carcinomaticae in neuralgias elucet. *Leprae* cum carcinomate affinitas[60]) quoque de frequenti neuralgia aut ventriculi ipsius, aut plexus coeliaci, apud gentes *plica*[61])

53) Observ. med. Pentec. V. obs. 11.

54) l. supra (§. LXVIII. No. 3) citat.

*) Diss. de infarctu vasorum ventriculi. Basil. 1751. (HALL. disputat. ad morbor. histor. et curat. facientes. T. p. 100).

55) *Mémoires de l'acad. R. des scienc.* 1784. p. 65. et Samml. auserl. *Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 12. p. 725.

56) Capitibus XXII. et XXIII.

57) Exemplum memorabile huc spectans enarrat HOLL. FREIND (l. c. p. 32).

58) RIEDLIN lin. med. ann. VI. p. 1373. et millenar. 659; — HOLLERUS observ. et consil. No. 12; — MUSGR. de arthritide anomala cap. II. hist. 11.

59) Part. II. sect. II. cap. VI. §. XXX. No. 10.

60) Edit. secundae. P. I. Vol. III. sect. II. cap. XX. §. No. 7.

61) Ibid. §. LXXI. No. 1.

esyge [62]) (morbis juxta nos leprosis), ratio-
reddit. Spectat praeterea huc *cardialgia*
hosa in Regno Wurtembergensi endemica*).

29. *Cardialgia et neuralgia coeliaca spasmo-*
.. Dum homines systemate nerveo praeter- C. spasmodica.
um sensili instructi, quales esse solent chlo-
ae, hystericae et hypochondriaci, praeviis
ii pathematibus nullaque obvia materiali caus-
), in dolorem epigastrii incidunt, malum ex
bilitate morbosa nervorum vel ipsius sto-
ni (cardialgia nervosa), vel plexus coeliaci
ralgia coeliaca) vel ligamenti gastrophrenici**)
endum ***).

30. *Car-*

Sauvages (l. c. spec. 4) de *pyrosi suecica*, a Linnaeo
Epist. ann. 1752) *cardialgia sputatoria* dicta, loquitur:
Est apud Suecos, inquit, qui alpibus Lapponicis proxime
ljacent, morbus endemicus, quo dimidia pars hominum
borat tum mas tum femina. Dolor pressorius sub scro-
culo cordis premit versus dorsum et pectus repetitis vi-
bus summa cum anxietate usque dum aeger incipit ex
e emittere salivam instar rivuli cum repetita nausea, in-
dum vomitione; saliva exiens ad libram semissem et
ram unam est calidissima, purissima, aquei coloris,
o effluxu mitigatur morbus, aut saltem per unum, al-
rumve diem aeger immunis est a morbo. Paroxysmus
citatur a cibis fumo induratis, carnibus salitis, lardo,
lte quavis. Mitigatur carnibus recentibus, piscibus,
te dulci; morbus durat saepe per vitam, nulla vero
dicina adhucdum cognita."

*adthofer l. c. (in circulo *Leutkirch*).

** Cfr. Part. II. Vol. I. sect. II. cap. XIV.

*** Cap. XV. §. LII. No. 3.

k Prax. III. I. 2.

C. atonica. 30. *Cardialgia atonica, paralytica.* Compress nervi vagi origine cephalica, aut exhaustâ ej sentiendi facultate culpa studiorum et animi pa thematum, paresis ventriculi caeterum insonti cum sensu gravitatis et plenitudinis ad epigastriu expectanda [64]).

§. LXXI.

Prognosis.

C. duratio. 1. Pyrosis, in sanis caeterum hominibus, f gax est [1]), dummodo absque febre [2]). Pertina observatur in arthritide [3]), plica, et maxime l te

***) Antiquam doctrinam de cardialgiis spasmodicis ut n vum inventum jactavit BARRAS op. c.

64) Sexagenarius de his symptomatibus diu conquestus, propinata emetica nullam vomitionem excitabant, p mortem exhibuit stomachum tensum et repletum, licet plures ante obitum dies, perparum alimenti sumpsiss pylorus etiam liber erat, unde LIEUTAUD jure dedu stomachum sensu et motu destitutum fuisse, nec potui alimentis se exonerare, quod accidit vesicae urinari dum ejus corpus paralysi afficitur (*Actes de l'académie d soc. R. des sciences à Paris. an.* 1756. p. 223).

1) *Pyrosis vulgaris* SAUVAGESII (l. c. spec. 1). Morbus norum, jocularie ab ALBERTI dicta (diss. de ventric ardore. Hal. 1731. . I. p. 9). GALL. *aigreur d'estom Le fer chaud.*

2) *Pyrosis a phlogosi* SAUVAGESII (l. c. spec. 3): „Ea species quam phlogosis ventriculi, seu gastritis, nec hepatitis, cystitis, hysteritis excitant".

3) Quatuordecim annis JOERDENSII (Commerc. lit. Nori T. IV. a. 1734. hebd. 5. No. 1. p. 33) vir, a decem nis podagricus, cardialgiae gravissimos aliquot semper

bus morbis organicis ventriculi [4]) aliorumque
rum abdominalium [5]).

2. Quanti momenti sit epigastrium [6]), mors lius percussione [7]) docet. Ejus dolor qualemue morbum, praecipue acutum [8]), graviorem t. Soda porro in nephriticis mali est prae[9]). In genere „dolor oris ventriculi seniori ro adveniens, repentinam mortem denun[10]).“ Nec seniori tantum *)! Neuralgiae tam sto- C. periculum.

Cc 2

rum insultus, multos in dies durantes, atque ante vel st podagrae paroxysmos, vel vere aut autumno ingruentes, rpetiebatur, qui vel sponte vel flatibus ἄνω καὶ κάτω pulsis, aliàs vero nec his nec acidissimo vomitu, finietur, quosque plurima et efficacissima remedia hactenus aire tantum, non vero praepedire, potuerunt.

yrosis ulcerosa Sauvagesii (spec. 5). Cfr. Fr. Stockari s. de ardore stomachi. Basil. 1704.

xempla cardialgiarum diuturnarum collegerunt Hoffnn l. c. (annorum quinque), Ballonius l. c. (bienna), Paullini l. c. (triennalis), Pye l. c. (annorum sex), llger l. c. (annorum septem), Vicat (annorum octo), Horstius epist. lib. II. sect. 18 (annorum octodecim), rger l. c. (annorum viginti) etc.

.. T. Delii diss. de scrobiculo cordis signo. Erlang. 56.

xempli gratia sub pugillatu.

4) Fabr. ab Aquapendente (l. c.) postquam de autopsia cadaveris nobilis sui viri locutus est, „quibus addendum, inquit, quod ejus pater paulo supra frontem in capite *corniculum* durissimum, crassitie digiti manus minimi, longitudine vero olivae hispanicae, habebat insculptum et extuberans, substantiae ungui persimile; ex quo forte datur nobis intelligi, parentis semen aliquam habuisse affinitatem cum cornigeris animalibus, neque mirum fuisse, genitum filium simile quid a parente contraxisse." — Monachum quandam cum voluptate cibos ruminasse, refert Rhodius (l. c.); hunc monachum autem non modo ruminantem, sed etiam bicornem fuisse narrat Th. Bartholinus (de unicorn. cap. II. Cfr. et ejus hist. nat. cent. 1. No. 39).

5) „Nefarius quidam vaccae se commiscuerat, quae post aliquot menses puerum edidit, qui tanquam homo perfectus, baptizatus, posteaque praeceptis christianis institutus, pietati se addixit. Sensit tamen in animo propensiones vaccinas, pascendi prata et ruminandi herbas" (Schurig l. c.). — Praevotius auditoribus suis Patavii recensuit exemplum de genuensi quinquagenario, eodem vitio (ruminatione) ab ineunte aetate usque in praesens tempus correpto, sine alia caussa, nisi quod ipse adhuc infans, matre demortua, per biennium lac ex ubere vac-

?2. Ruminationem ab ingluvie [6]), gravissima Excitantes.
em [7]), et ab epigastrii contusione [8]) excitatam
legi-

e calidum hauserit. Qua de re PEYERUS sic rationem
ddere conatur. „Cum omnis institutionis inops nutri-
m vaccam observaret, tuereturque attentius, ipse rumi-
tioni paulum assuevit, sodalitii familiaritate degene-
ns" (l. c. p. 65).

Quamvis demum ingluvies ad vomendum saepe impel-
, tamen nec ea ruminationis causa praecise dici pot-
, quia in immensa gulonum copia, quibus terrarum
bis scatet, vix uni aut alteri contingit esse ruminan-
na" (PEYER l. c. p. 68).

*M. R . . . maître de forges très opulent, eut, à l'âge de
nte-deux ans, et à la suite d'une orgie, en 1798, une in-
estion dont il pensa mourir; car, pendant quarante huit
ures, elle présenta plusieurs symptômes et tous les dan-
s d'un violent choléra morbus. Il fut longtems à
rétablir, et quelque réservé qu'il pût être sur le choix et
la quantité de ses alimens, il lui survient, presque
s les jours après son dîner, une sorte de hocquet qui
d'abord très-bruyant, et qui finit par devenir si sourd,
il n'était plus entendu que de lui seul . . . Peu à peu
lques portions d'alimens remontèrent avec l'éructation
s la bouche, qui, fermée par décence ou par honte, ne
laissait pas échapper au dehors, et les refoulait, par
déglutition insensible, vers l'estomac. Ces alimens ainsi
nenés ne déplaisaient pas au palais, à peine étaient-ils
lquefois acescens; ils avaient, le plus souvent, conservé
goût et leur saveur"* (PERCY et LAURENT l. c. p. 534).

*Un conscrit se rendant à l'armée d'Italie entra à l'hospi-
Saint-Eloi de Montpellier se plaignant d'un vomissement
lui faisait rejeter presque tout ce qu'il prenait, et dont
rapportait la cause à une chute déja ancienne sur
stomac . . . . . Ce vomissement était une vraie rumi-
tion"* (ibid. p. 536).

k Prax. III. I. 2.

legimus. Cur nulla hucusque *onaniae*[9]) facta e mentio? Neminem tamen imperium instinctus sexu in ventriculum[10]) inque ipsam ruminationem[11] latet.

Proxima. 3. *Caussa proxima* ruminationis humanae quae sita est in laxitate oesophagi[12]); in obstructio pylori[13]), concurrente pressione diaphragmatis musculorum abdominis[14]); in atonia viscerum d gestionis opus absolventium[15]); in laesa ratio inter fibras longitudinales et transversales ventr culi, subsequente ejus motu retrogrado[16]); ac i mala consuetudine ructus extorquendi, qua ta de

9) Aeger meus vix annum aetatis suae decimum sextu attigerat, quum se totus masturbatorum negotio dedis Elapso dein quadriennio coitu abuti coepit. Ei propt penis incompletam erectionem et digestionis labefactati nem, tandem valedicens, in pollutiones nocturnas et diu nas incidit, adhuc perseverantes.

10) Cap. XVI. §. LIV. No. 7. §. LV. 4. §. LVI. 5. — C XVIII. §. LXIV. 3. — Cap. XIX. §. LXIX. 3.

11) Aeger Tarbes (l. c.) absoluto matrimonio a ruminatio liber evasit.

12) Metzger l. c.

13) Cullen *Anfangsgründe der Arzneyw. Nach der 4ten en lischen Ausg. übersetzt. B.* 3. p. 181. *Leipz.* 1780.

14) Heiling l. c. p. 35.

15) Richter *speciell. Therap. B.* 4. p. 67.

16) Darwin *experiments establishing a criterion betw mucilaginous and purulent matter: and an account of retrograde motions of the absorbent vessels of animal l dies in some diseases. Lichfield* 1780. Cfr. Girtann l. c. — Accedit Gregory (*Uebersicht der theoret. Arzn wissensch. A. dem Lat. Th.* 1. *Leipz.* 1784. §. 664).

stomacho motus inversus, citra voluntatis
rium[17]), conciliatur[18]); concurrentibus in-

 pri-

Multum disceptatum est *utrum ruminatio humana actus t liberae voluntatis, nec ne?* Pro tali habuit Bonnet . c.). „. . a ventriculi, inquit, voluntaria actione deendet, qua per membranam singularem quidvis pro artrio et quovis tempore expellit: quemadmodum melinsis ille bibo omnes liquores assumptos pro nutu rejiebat, et alii fumum nicotianae deglutitum reddunt." — Blumenbach (l. c.) de quatuor hominibus narrat, qui ad itum ruminare, aut ruminationem omittere potuerant. P. Frank (l. c.) de suo aegro dicit: „post pastum laurem, partem ciborum dimidiam potuit pro lubitu ruinare." — Contra Fabr. ab Aquapendente (l. c. p. 136) t: „musculus cum sit instrumentum motus liberi et luntarii, ruminatio autem nullius musculi beneficio peratur, eam proinde recte a motu libero excludendam e opinamur." Et Haller (elem. physiol. T. VI. lib. X. sect. IV. §. XV): „homini certe in ventriculum nulu arbitrium est." — R. A. Vogel (l. c. §. 535) dicit: Est autem ruminatio humana non libera, sed coacta et voluntaria, quae nolentes, volentes invadit." Sic etiam uner (in versione germanica cum notis pathologiae ubii. Berolini 1797. §. 797). — Bentschneider monet: uminatio morbosa est regressus involuntarius vel potius ictus cibi a ventriculo non elaborati, in os cum mastiidi voluntate." — Ad me quod spectat quaestionem sic imerem: *ruminatio humana in origine est involuntaria potius coacta; ubi vero semel stabilita est, aegrorum nulli facultate eam provocandi pollent.* Tali caeterum ultate aeger meus ruminans destitutus erat.

„Qui vero post cibos avidius devoratos, inquit J. P. ank (l. c.), dentium officio haud satis comminutos, dioque in mero natantes, explodendis in ructibus se ntius exercent (ut hypochondriaci): hi, cum aere,

primis corporis humani modo exercitatione [19]) modo quiete [20]), et epigastrii pressione [21]).

§. LXXVI

simul ingesta, vel nequidquam mutata, vel in dulcem modo chymum conversa, sine nausea regurgitant . . . a erunt, quos assumti reditus ferculi gratioris primum de lectet; qui non ingratum faucibus experimentum repetan frequentius, stomachumque inverso hoc in opere incauti ad ipsam usque consuetudinem, cui demum resistere hau queunt, exerceant." — Horstius (opp. medica. T. II. ob 9) jam dixerat: „nullis sordida haec comedendi rati accidit, quam qui abusu quodam cibum fere immansum absque masticatione devorant verius quam deglutiunt." — Peyerus (l. c.) de viro narrat, cui „a puero ructus aci exsurrexerant, postquam vero trigesimum annum attigisse evitare haud potuit quin cibum insurgentem ad os admit teret, visus sibi merum lingere, ita dulci suavitate cibu regurgitatus videbatur."

19) *„Professor Westendorf in Güstrow konnte jedesmal wie derkauen, wenn er wollte, doch wurde er auch durch z starke Bewegung, besonders durch Fahren nach Tisch dazu genöthiget"* (Heiling l. c. p. 12).

20) Buxton (l. c. fol. 10) de suo aegro fatetur: „Int motus corporis vehementes post coenam ruminatio mo plena cessat, mox pauca animadvertitur: lenes cont ambulationes illam non impediunt."

21) Sauvages l. c. — *„Ein Taubstummer im Berliner Insti tut verschluckte jede Speise Bissenweise, hohlte sie nac Verlauf einer halben Stunde durch einen starken Druc mit beiden geballten Händen auf die Stelle des Magen wieder herauf, und ist ein förmlich wiederkauendes Thier* (Eschke in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1810. *Octo* p. 27).

§. LXXVI.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

1. Ruminatio humana quippe morbosa, a Diagnosis. torum illa [1]), sanitatis indicio [2]), peculiarisque poris structurae effectu [3]), distinguenda, propterea

De hac legantur: JOAN. AEMILIANUS naturalis de ruminantibus historia. Venet. 1584; — PEYERUS op. c.; — LUDOVICI l. c.; — PERRAULT *oeuvres. Paris* 1686; — CH. PRICE *a letter relating to the villi of the stomach of oxen, and the expansion of the cuticle through the ductus alimentales*, in *Philosophical Transactions. Vol.* 35. *No.* 404. p. 552; — J. TH. KLEIN discursus de ruminantibus inprimis cum ejus summa dubiorum circa Linnaei classes quadrupedum et amphibiorum; — L. J. M. DAUBENTON *sur le mécanisme de la rumination*, in *Mémoires de l'académ. des sciences de Paris. ann.* 1768. p. 389; — P. CAMPER *Lessen over de thans zweerende veesterfte. Leeuwarden* 1769. p. 27; — BRUGNONE *sur les animaux ruminans et la rumination. Mém. de l'acad. R. de Turin. a.* 1805 — 1810. *T.* 9. *Scienc. physiq. et mathem. hist. p. CI*; — J. CH. FR. BORNEMANN diss. de ruminatione. Goett. 1812. — Cfr. quoque *Leçons d'anatomie comparée de MM.* CUVIER *et* DUMÉRIL, — GIRARD *traité sur la rumination. Paris* 1820.

Quod animalia ruminantia, dum morbo aliquo corripiuntur, ruminare cessant, neminem latet.

„Ruminationis diversis animalibus ex lege naturae impositae, caussas nobis offerunt et ventriculi plures in partes divisio ac mira constructio, et praeceps ciborum, sine dentium officio, ad stomachum transitio. Est nempe illis et *ingluvies*, seu *aquaticulus*, et *reticulum*, et *omasus*, seu *centipellio*, ac denique *abomasus*, seu *fasciculus*: quae saccum, distinctas in partes divisum, ingentem, sive quadripartitum ventriculum, constituunt. Angustum ex primo

pterea autem haud neganda [4]). Rarissimum, qui quid dicatur [5]), illa sistit morbum [6]), hypochon dria

et secundo in tertium ventriculum est iter. Potulenta in terim hic recipit per sulcum ab oesophago venientem nunc ut aquae ingluviei ac reticulo an concedantur, aper tum, — nunc vero, ut has solus suscipiat, clausum. Hin a mole non minus, quam ab asperitate confracti paru cibi vegetabilis, stimulus ventriculis, primo nempe atqu secundo, talis infertur: qui ad assumta propius ample ctenda ac ulterius protrudenda has partes invitet. Re sistit ciborum nimis solidorum descensui reticulum; hi per oesophagum et fauces illi, donec satis comminuti, saliva animalis satis misti, subacti sint, ter quaterve, a quantum sufficit, ascendunt. Sunt alia, quae simpli instructa ventriculo, ruminare dicuntur, nec tamen ve ruminant animalia" (J. P. Frank l. c. §. 656). — Cf Neergard commentatio an verum discrimen organoru digestioni inservientium inter animalia herbivora, carni vora et omnivora reperiatur? Goett. 1805.

4) Soemmerring (*von dem Baue des menschl. Körpers. T* 5. *Frankf.* 1796. p. 278) ruminationem in homine nega dicens: „*Ein Wiederkauen findet bey dem Menschen nic statt, da er weder einen hiezu fähigen Magen, noch irgen eine andere willkührliche Gewalt über seinen Magen be sitzt. Was man bisweilen so nannte, war nur ein krank haftes Aufstossen der Speisen aus dem Schlunde, oder au dem Magen in den Mund.*" Respondet vero sapiente Heiling (l. c. p. 27): „*Dass das menschliche Wiederkaue nicht gerade von derselben Art sey, wie jenes der Thier ist allerdings richtig, weil dem Menschen die, den wieder kauenden Thieren eigenthümliche Einrichtung des Magen hiezu fehlt. Daraus aber den Schluss ziehen wollen, da bei dem Menschen nicht ein, dem thierischen ähnliche Wiederkauen entstehen könne, ist ohne Grund.*"

5) Ad morbos *rariores* ruminationem referri non posse con

sis plerumque subolem[7]), simulationem non udentem[8]). Distingui debet a regurgitatione

cibo-

endit Bentschneider (l. c. p. 4), quod intra paucos raxeos suae annos, hunc in morbum attentus, nonnullos nvenerit ruminantes, et quod hic morbus raro tanta moestia afficiat eos, qui ab eodem corripiuntur, ut ad medicos compellendos impellantur.

Peyerus (l. c.) *decem* tantummodo hominum ruminantium *exempla*, ex fastis medicis, colligere potuit. Ait Morgagni (de sed. et caus. morb. Epist. XXIX. art. 5): „Nec Valsalvae nec mihi unquam contigit ut ruminanes homines videremus; nedum ut eorum cadavera incideremus". — R. Vogel (de cogn. et cur. morb. §. 535), „inaudita fere res est, inquit, hominem brutorum instar uminare, ruminatumque cibum ventriculo ad coquendum eddere." — J. P. Frank adsertionem vix citatam Bentchneideri ad trutinam vocans scribit (in scheda): „quodsi amen praxin meam, ad populos diversos, per quadrainta duo annos extensam, considerem, non nisi unicum erae ruminationis exemplum in eadem mihi occurrit, obtum mihi die 22. Novembris 1793 in pharmacopola, nomine *Ravizza* ex loco *Magenta* Provinciae Tinensis conpicuo." Aetatis annum sexagesimum attigi, antequam ihi opportunitas ruminationem humanam semel obserandi data fuerit.

Berner diss. aeger ruminans cum asthmate hypochonriaco. Hal. 1709; — J. P. Frank (l. c.) aeger „hypohondriasi quadraginta et quinque jam ab annis summoere affectus" erat. — Proprius quoque aeger hypochonriasis vestigia obtulit. Quum autem in hypochondriasi erebrum multum patiatur, investigandum, num simile uid etiam in ruminatione contingat?

Wir, de quo Darwin (l. c.), sese publice erga remunetionem exhibuit, deglutiebat baccas ribes grossulariae, m albas, quam rubras, quarum vel unas vel alteras, ad

ciborum ab *oesophagi vitio* [9]), a *ructu*, alimenta inprimis ob idiosyncrasiam adversa, e ventriculo eliciente [10]), et a *vomitu* [11]), praesertim voluntario *).

2. Alte

nutum spectatorum in os reducebat. Quis hîc praestigiatorem non detegeret? — Mihi quoque casus militis conscripti, de quo ROUBIE loquitur, suspectus est, quatenus ipse „*vomissait ou ruminait à son gré.*"

9) Cap. VIII. §. XXIII—IV. — *Vomitus oesophageus* (ubi cibi nequidem ad ventriculum perveniunt et utplurimum cum fragore ac nisu rejiciuntur), pro *ruminatione* (placida scilicet ciborum ex ventriculo reductione) imposuit RHODI (l. c.), HALLERO (l. c.), WICHMANNO (*Ideen zur Diagnostik. B.* 3. §. 106—7), FARQUARSONO (*Mem. of the medi society. Vol.* 2. p. 560), et ISENFLAMMO (*Versuch einig. prakt. Anmerk. über die Muskel. Erlang.* 1778. §. 172). Cfr. SCHMALZ *Versuch einer med. chir. Diagnostik. Dritt Auflage. Dresden* 1816. fol. 209, — et HEILING l. c. p. 24.

10) Quis sana mente dotatus, eructationem, quam femina, quoties brassicam comedebat, experiebatur (RASORI in *Nuovi commentarj di medicina e di chirurgia. Padova* 1818. *Prim semestre.*) pro ruminatione venditaret?

11) „Differt vomitus a ruminatione, morbo rariore, cui desunt nausea, anxietas et impetus, symptomata vomitui propria" (PALM diss. vomitus adumbratio pathologica Berol. 1820. p. 7). Addit HEILING (l. c. p. 23): „*Das Erbrochene hat immer einen unangenehmen und widrigen Geschmack. Das Wiedergekäute behält in vielen Fällen den Geschmack bei, den es als Speise hatte.*" — Jure itaque dictum fuit (MORGENBESSER diss. de vomitu. Lips. 1730): „Nec exacta inter vomitum et ruminationem similitudo intercedit." Cfr. quoque PIPELET (LOUIS) diss. de vomituum diversis speciebus accuratius distinguendis. Paris. 1786.

2. Alterius morbi symptoma ruminatio, *pro-*sin a malo primario desumit. Per se illa lon-vitati non obstat[12]), ac minus quam vomitus ritionem defraudat[13]); „maciem igitur ac ta-ı, in quas tandem ruminantes incidisse referunt oriae, non ex illo, quam alio, eoque prima-ex morbo latente venisse, credendum est[14]).“ ssare ruminationem dum alter morbus super-it[15]), etiamsi stricta non semper observetur ta[16]), immerito negatur[17]). Prognosis.

3. Ru-

Cap. XXI. §. LXXX. 1.

) Virum quinquagenarium Genevensem, ab ineunte aetate ruminasse, ex observatione PRAEVOTIO (l. c.) elucet. — Aeger J. P. FRANK, etsi scirrhus pancreatis subesset, ruminationem quadraginta per annos sustinere potuit.

) „Nec etenim cibo, etsi hunc avidissime regerat, defraudatur ventriculus; sed redit is omnis sat prompte, longe melius subactus, ac salivae intimius commistus; nec aliud, si motum peristalticum per horas modo aliquas inversum excipias, foedae consuetudinis damnum esse potest“ (J. P. FRANK l. c.). — Interea exemplum a FABRICIO AB AQUAPENDENTE (l. c.) relatum est monachi ruminantis, marcore mortui, eo quod tanta aviditate cibus regurgitaret in os, ut fame et cibi indigentia fere perpetuo laboraret.

) J. P. FRANK l. c.

) Docentibus exemplis a FABRIC. AB AQUAPENDENTE, BURGOVERO (ll. cc.) aliisque relatis, unde R. A. VOGEL (l. c.) monet: „cuncti, quam aegrotant, ab omni ruminatione cessant.“ — Cfr. MEYERI diss. cit. p. 17.

) Aeger PERCY (l. c.) „*en* 1806 *eut un fort accès de goutte, durant lequel il ne rumina pas une seule fois, quoiqu'il n'eut pas observé très exactement la diète qui lui avait été prescrite.*“

Cura. 3. Ruminationis symptomaticae *cura*, indoli aegritudinis primariae accommodanda. Si excipias quaedam tentamina ope *potionis anti-emeticae* Riverii[18]), *purgantium*[19]), *clysterum*, *ipecacuanhae*[20]) et *oxydi bismuthi*[21]), a pharmacorum multitudine abstinendum[22]); utpote quae aut nihil juvant aut ruminationem supprimendo, pejoribus adhuc malis ansam praebent[23]). Et consilium, reditui ciborum firma voluntate obstandi[24]), ambiguum videtur[25]). Praecepta adspectum ruminan-

17) Bentschneider l. c. p. 12. 18) Meyer l. c.

19) Ad restaurandum motum peristalticum (Starke *Handbuch zur Kenntniss und Heilung innerer Krankheiten des menschl. Körpers. Th.* 2. *Jen.* 1799. §. 147). Aquae *soteriae* resolventes (P. I. Vol. I. sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. No. 27) praecipue adhibendae forent.

20) Pars quarta grani pro dosi in rotulis.

21) Aegro meo, scopo irritabilitatem ventriculi temperandam praescripsi; ast incassum.

22) „Multitudine medicamentorum hic non opus esse, censemus; tantum enim abest, ut eorum provida exhibitione malo medeamur, ut potius in pejus illud vertamus" (Bentschneider l. c. fol. 13).

23) „*Aucun d'eux* (*remèdes*) *n'a reussi; et quand par hazard, on est parvenu à suspendre la rumination, n'importe par quel moyen, les merycoles s'en sont trouvés tellement mal, qu'il a fallu lui rendre, ou lui laisser reprendre son libre cours*" (Percy et Laurent l. c.).

24) „*Hier muss aber ganz vorzüglich eine kräftige Einwirkung des Willens entgegen kommen, dessen gute Folge die Erfahrung längst bestätigt hat*" (S. G. Vogel l. c. p. 336).

25) Richei (l. c.) aeger „*lorsqu'il veut en fumant ou par*

ıantium fugiendi[26]), cibos amaros comeden- [27]), sanae rationis limites transgrediuntur. Re- ctu enim regiminis diaetetici regulis adversus pepsiam traditis[28]) stare sufficit. Itinera, itima praesertim, et animi recreationem pro- imus.

Caput

quelque effort de volonté, empêcher cette ascension parti- culière, il ne tarde pas à éprouver de la douleur à la ré- gion épigastrique." Et aeger Roubieui (l. c.) „ne pou- vait résister (à la rumination) sans ressentir une douleur pénible à l'épigastre, ce qui le rendait triste, sombre, in- quiet, et n'empechait pas toujours le retour des alimens à la bouche."

) „Interea quantum in ipsis est, avertant ruminatores oculos a conspectu animalium ruminantium, ne horum occasione ipsi quoque ad ruminandum proritentur. Nonne etenim, oscitante uno, et alterum oscitare vulgo notum est?" (Burgoverus l. c. p. 242).

) „Si piscibus delectantur (aegri ruminantes) coquantur ipsis, sed non exempta fellis vesicula, ut inde et illi amarescant" (Burgoverus l. c.).

Cap. XVIII. §. LXVI. No. 2.

Caput XXI.

De nausea, vomendi conatu et vomitu

§. LXXVII.

Definitiones. Literatura.

D. nauseae. 1. *Nausea*[1]) est ingrata et anxia circa stomachum perceptio, cum sputatione frequente et inclinatione ad vomitum.

D. vom. conatus. 2. Nausea cum horrore a cibis et ventriculi sese superiora versus evacuandi moliminibus inanibus, *vomendi conatum* (*vomituritionem* barbare dictum) constituunt[2]).

D. vomitus. 3. Violenta, praevia plerumque nausea[3]), per fau

1) *Ναυτία*, *ναυσία*, a *ναῦς*, navis. „Nauseare enim dicti sunt primum, quibus in navi ac inter navigandum stomachus languerat; deinde consuetudo obtinuit, ut vox ea quocunque modo sic affectis tribueretur" (Plutarch. symposiac. lib. VI. quaest. 8. p. 694). Gall. *nausée*, *envie de vomir*. Angl. *nausea*. Ital. *nausea*. Germ. *Ekel*, *Uebelkeit*. Polon. *nudność*.

2) Esse nauseae gradum de quo dixit Galenus (de locis affectis lib. I. cap. 4): „nauseae vellicantes tantum, nullum vero humorem evacuantes." Et Seneca (epistol. LIII): „nausea enim me, segnis haec, et sine exitu torquebat, quae bilem movet, non effundit."

3) „Fere omnem vomitum aliqualis nausea praecedit" (Swieten l. citando).

es et nares rerum in ventriculo et visceribus exis, citra aerem, contentarum explosio, *vo-s*[4]) dicitur.

4. Pauci scripsere speciatim *de nausea*[5]); enim literatura intertexta est illi dyspha-[6]), anorexiae[7]), dyspepsiae[8]) et vomitus[9]). Liter. nauseae.

5. Hujus doctrina (ex praecipuis therapiae ialis[10])), veteribus[11]) et Arabibus[12]) haud igno- Liter. vomitus.

Emesia, emesis. GERM. *Brechen*, *Erbrechen*, *Uebergeben.* BELG. *Braaking*, *Overgeeving*, *Spouwing.* DAN. *Braekning*, *Ophastelse*, *Ophastning*, *Spyen*, *Spyening.* SUEC. *Kräkning*, *Upkastning.* ANGL. *Vomiting*, *puking.* GALL. *Vomissement.* ITAL. *Vomizione*, *vomito.* HISPAN. *Vomito*, *bo-ada*, *bosadilla*, *bosadura.* LUSIT. *Vomito.*

RIVINUS diss. de nausea. Append. ad dissertat. de venilia et malacia. Lips. 1645; — EYSELIUS diss. de nausea, primario atque perenni morborum comite. Erf. 1717; — SCHNITZHEIM diss. sistens observationes quasdam de nausea. Erlang. 1785.

FR. HOFFMANN diss. de spasmis gulae inferioris et de nausea. Hal. 1733.

LIPSIUS antipathiae singulares seu cibi et potus fastidium. en. 1628; — BECKERS diss. de fastidio alimentorum. ugd. Bat. 1669.

SCHEFFELIUS Pr. de necessitate diagnoseos causarum morbificarum deque ructibus putridis, nauseaque, cruditis acidae saepe signis. Gryphsw. 1747.

FRIEDRICH diss. generaliora de nausea et vomitu. Francf. 1794.

S. G. VOGEL (l. citando) excellens suum de vomitu apitulum sequentibus verbis aperit: „*Ein eben so wichtiges als schweres Kapitel, dessen Studium ich meinen jungen Amtsbrüdern nicht genug empfehlen kann.*"

DOERING comment. med. in HIPPOCRATIS doctrinam

ignota, a scriptoribus de morbis ventriculi in genere [13]) plus minusve promota, praeeunte F. SALANDI [14]), operâ M. SCHURIGII [15]), FR. HOFFMANNI [16]), VAN SWIETENII [17]), FR. DE SAUVAGES [18]), J. E. WICHMANNI [19]), S. G. VOGELII [20]) nonnullorumque [21]) inter auctores dissertationum [22]) floret.

semioticam de vomitu. Marb. 1792; — ALEX. TRALLIANUS de morbis et febrib. lib. III. cap. 8.

12) AVICENNA canon. lib. III. Fen. 13. Tract. 5. cap. 8.

13) Cap. XIV. §. XLVII. No. 2.

14) De vomitu et de aliis affectibus praeter naturam. Veron. 1607.

15) Chylologia. Dresdae 1725. cap. VII.

16) Med. ration. syst. part. III. cap. VI.

17) Comment. in HERM. BOERHAAVI aphor. T. II. §. 652 sq.

18) Nosolog. method. class. IX. gen. XIII.

19) *Ideen zur Diagnostik. B.* 1.

20) *Handbuch der practischen Arzneywissensch. B.* 6. *Kap.* 6.

21) WEDELIUS diss. de vomitu. Jen. 1673; — MEIBOMIUS diss. de vomitu. Helmst. 1678; — BOHN diss. de vomitu. Lips. 1688; — FR. HOFFMANN diss. de vomitu. Halae 1733. v. opp. supplem. Vol. II. p. 257; — MORGENBESSER diss. de vomitu. Lips. 1738; — SPALOWSKI diss. de vomitu, in EYERER diss. med. vindob. Vol. III. p. 36; — PIPELET diss. de vomituum diversis speciebus accuratius distinguendis. Paris 1786; — GRATTENAUER diss. disquisitiones physiolog. pathol. therapeut. de vomit. Berol. 1828.

22) HEURNIUS diss. de vomitu. Lugd. Bat. 1613; — HORN diss. de vomitione. Altd. 1626; — HOEST diss. de vomitu. Lugd. 1670; — BOECLER diss. de vomitu. Argent. 1673; — BURNET diss. de vomitu. Lugd. Bat. 1691; — VERHOOST diss. de vomitu. Lugd. Bat. 1694; — SPERLING diss. de vomitu simplici. Vitemb. 1700; — GOESCHEN diss. de vomitu. Lugd. Bat. 1705; — ABEL diss. de vomitu. Lugd.

Concessis exceptionibus [23]), turpiter ea in pendiis et dictionariis [24]) medicis neglecta

§. LXXVIII.

Symptomata. Necroscopia.

11. „Vomitum *futurum* annuntiant, sensus in faucibus, imo stomacho et ventriculo molestus, S. prodroma.

at. 1707; — LUDOLFF diss. de vomitu. Lugd. Bat. 1721; — STEEGMAYER in diss. observ. rar. triga. Argent. 1725; — BRUINVISCH diss. de vomitu. Lugd. Bat. 1727; — SCHULZE diss. de vomitu et vomitionibus. Hal. 1742; — SCHWARZ diss. de vomitu et motu intestinorum. Lugd. Bat. 1745; — ROSEN diss. de emesi. Upsal. 1754; — HAWRANECK diss. de vomitu. Vienn. 1770; — DOLLINGER diss. de vomitus ortu, progressu et usu. Bamb. 1780; — VAN DER BOTTOM diss. de vomitu. Lovan. 1783; — OEGGL diss. de vomitu. Anglip. 1783; — PLOUCQUET diss. de emesia. Tubing. 1791; — MACQUELIN diss. de vomitu. Leidae 1795; — OTTERMANNS diss. de vomitu. Marb. 1795; — GOEZ diss. de vomitu. Goetting. 1797; — SCHLESINGER diss. meletemata nonnulla de vomitu. Regiom. 1801; — JOUVENOT *recherches sur le vomissement. Paris* 1801; — FARQUHAR diss. de vomitione. Edinb. 1803; — L'HOMME *diss. sur le vomissement. Paris* 1809; — GRÜNWALD diss. sistens in nosologiam vomitus chronici rarioris feliciter sanati inquiritur. Chemnitz 1811; — MAZOYER-LABLACHE *diss. sur le vomissement. Paris.* 1812; — T. PALCZEWSKI pathologiam vomitus exhibens. Vilnae 1815.

23) J. P. FRANK epitome de curand. homin. morbis. T. V. P. II. Ordo IV. gen. II.; — S. G. VOGEL l. c.

24) *Dictionnaire des sciences médicales. T.* 58. p. 322—378; *Encyclopädisches Wörterbuch der medicinischen Wissenschaften. B.* 6. *p.* 211—215.

stus, nausea continuo adaucta, ardor, oppressio in regione epigastrii, exspuitio frequens, pallor faciei, horror aliquando et oscitatio, inferioris tremor labii, singultus, tussis, ructus, anxietas, alvi obstructio. *Instantem* praedicunt, vomendi conatus irriti, sub quibus aliqua ventriculi commotio versus superiora sentitur; contrahuntur, mox iterum relaxantur, iterumque tenduntur musculi abdominis, hypochondria; spiritus retinetur, ac inferiora versus diaphragma deprimitur; augetur anxietas, sudores ad frontem cutemque universam viscidi, subfrigidi propullulant; lacrymantur oculi, naresque stillant; rubet nunc facies tumetque, tussis augetur [1])".

S. constitutiva. 2. Tandem non sine sensu violentae convulsionis ad ipsum ventriculum [2]), sub artuum tremore, jactatione, sub ventris constrictione, res quas amplectitur, largo flumine, per oris nec non narium per cava simul, sub longa et sonora expiratione, cum impetu expellit. Sic evacuantur copia interdum enormi*), ut modo de consuetis tantum dicamus [3]), reliquiae ciborum, aliquando necdum mixtorum**); serum [4]) (varii saporis [5]) colo-

1) J. P. Frank l. c. §. 662.

2) „Cum ventriculi dolore saepenumero conjungitur vomitus (Morgagni de sed. et caus. morb. Epist. XXX. art. 1)

*) G. C. Clauder vomitus XL librarum muci corrupti et pici liquatae similis. Miscell. acad. nat. curios. dec. II ann. 5. 1686. p. 386.

3) De inconsuetis §. LXXX. No. 4. 5.

**) Rausch *med. chir. Erfahrung.* p. 97. — Vogel. l. c. §. 3.

loris [6]), odoris [7]), et temperaturae [8])), pituita [9]), ›umen [10]), materia caseosa [11]), bilis [12]), vermes [13]),

) Piso de serosa colluvie p. 234; — Camerarius diss. de vomitu aquae ex gula. Tüb. 1686; — G. Fr. Gutermann de vomitu aquae ex *gula* in Act. acad. nat. curios. Vol. VI. p. 234; — Muralt *Schriften in der Wundarzneyk. No.* 181; — Brückner *Bemerkungen über das Wasserbrechen* (Hydremesis) 1817.

) R. C. Gahrliep de vomitu muriae limpidissimae copioso (Miscell. acad. nat. curios. dec. III. an. I. 1694 p. 127).

Nigri — (Hornung cista medica p. 207; — Stroem ex Actis soc. R. med. Havniens. Vol. IV. p. 214 in *Samml. auserles. Abhandlung. für pr. Aerzte. B.* 21. *St.* 2. p. 7; — *Journ. de médec. continué. T.* 17. p. 97); *caerulei* — (S. Reiselius in J. Dolaei observ. de sudore caeruleo in Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 6 et 7. obs. 67. et dec. III. ann. 7 et 8. append. p. 133; — Thilenius *med. chir. Bemerkungen. B.* 1. p. 205).

Foetidi nigri — (Chr. Weber observ. med. Fasc. II); — *acidi* (quotidiana experientia).

De vomitu *frigido* vide C. Pezold obs. med. chir. selectior. Visl a v. 1715. No. 36.

Tulpius lib. II. cap. 23; — L. Riverius obs. med. cent. II. obs. 48; — Th. Mermann consult. med. lib. III. cons. X; — Bohn diss. cit. §. XX; — Heidler in Rust *Magaz. für die gesammt. Heilk. B.* 22. *H.* 1. p. 164.

Panarolus iatrologism. pentecost. I. obs. 22.

Bartholinus hist. anatom. cent. II. No. 38.

Aetius tetrab. II. serm. I. c. 3.; — Oribasius synop. lib. VI. c. 41; — Gabelkover cent. II. p. 61; — Schenk obs. lib. VIII. obs. 60; — Forestus lib. XVIII. obs. 16; — Zacutus Lusitanus med. pr. hist. lib. II. No. 70; — Borellus cent. II. obs. 1; — Rhodius cent. II. obs. 62; — Bonet sepulchr. anat. lib. III. sect. 8; — Spindler observ. No. 49; — G. Frankus a Frankenau vomitus plu-
ank Prax. III. I. 2.

Ff

mes [13]), sanguis [14]). Succedit his quies et magni levaminis gratissima sensatio. Post brevem interim moram, nisi caussa malorum jam rejecta, cessante, sub iisdem fere symptomatibus redit vomendi conatus, priore intensior, majoremque praecordiis inferens angustiam.

Necroscopia.

3. *Cadavera* [15]) post morbos, *vomitu*, quatenus

rimae meracisque bilis. Miscell. acad. nat. curios. dec. I ann. 2. 1671. p. 325. 404.

S. Schultz de verme vomitu ejecto. Miscell. acad. nat curios. dec. I. ann. 3. 1672. p. 460. ann. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 303; — J. P. Hain de vermibus e stomacho vomitu rejectis. ibid. dec. I. ann. 4 et 5. p. 68; — Jesson *letter containing some observations about damps; together with some relations concerning old worms vomited by children. Philosoph. transactions.* Y. 1675. p. 391; — G. S Polis de vermibus vomitu rejectis, Miscell. acad. nat curios. dec. II. ann. 4. 1685. p. 96; — J. J. Harder de muliere vermivoma. Ibid. dec. III. ann. 1. 1694. p. 130 — S. Ledel de evomitione vermis. Ibid. dec. III. ann. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 101; — J. Lanzoni vermis per vomitum ejectus. Ephem. acad. nat. curios. cent. V. et VI p. 177; — J. H. Fürstenau passio iliaca, cum vermium copiose per vomitum rejectione, feliciter curata. Acta acad nat. curios. Vol. IX. p. 376.

14) Cap. XXII.

15) Quaestio instituta est: „num vomitus detur in mortuis?" (Schurig l. c. p. 487). Pluries sane vidi cum Wepfer (Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 10. obs. 17) post mortem multum humoris turbidi, subflavi, subnigri et cruenti, inprimis presso aliquantulum ventre, ore et naribus effluxisse; ast nemo, reor, a verborum lite alienus ejusmodi effluxum cum violenta explosione vomitum constituente comparabit. Et in sequenti casu vomitus i

...s praecipuo symptomate, stipatos, obtulerunt: ...ntriculi (interdum normalis[16]), aut a tumoribus ...cinis compressi[17])), inter jam descripta[18]) ...tia, bipartitionem, diverticula, hernias, volumen ...ctum; — inter adhuc describenda[19]) expansio...m vasorum sanguiferorum, phlogosin, callosi...em, suppurationem, emollitionem, perforatio...m, excrescentias, steatomata, hydropem, scir...um, cancrum; *intestinorum* vitia multifaria[20]), ...delicet collectionem scybalorum[21]), vermium, ...cleorum cerasorum[22]); hernias, obstructio-

nem[23]),

vitae adhuc tempus incidisse videtur: „Ductus nempe ad supplicium homicida quidam, jam iter ad patibulum faciens, de cardialgia et nausea conquerebatur. Metuens ne vomens turpiter se coram populo daret, carnificem ad negotium maturandum hortatus est. Quod cum carnifex facturus gladio stricto ictum intentaret, in ipso capitis amputati momento, vomens, erectus adhuc ex collo truncato non solum sanguinem copiosum, sed et quidquid in stomacho continebatur, in altum magno impetu evomuit.“ „Quod et ipse vidi, inquit Felix Platerus (observ. lib. III. p. 803), et, ut certius cognoscerem, postea cum humi stratus jaceret, è ventriculo prodiisse cognovi.“

16) Chomel *sur un vomissement opiniâtre sans lésion dans le tissu de l'estomac. Nouveau Journal de médecine de Paris* 1818. *Mai.* p. 190.

17) Fantonus observ. anatom. medic. selecta; — Ephemer. acad. nat. curios. cent. VI. obs. 16.

18) Cap. XV. 19) Cap. sequentibus.

20) Bang in Actis R. societatis medic. Hafniensis. Vol. I. p. 252; — Carrère *Histoire de la société de médec.* 1777 et 1778.

21) Stoll ratio medendi. T. VII. p. 96.

22) Wendelstadt in *Allgemein. Anzeiger der Deutschen* 1813. *No.* 201 (Inter plicas intestinorum).

nem[23]), phlogosin, callositatem[24]), coarctationem[25]), conglomerationem[26]), intussusceptionem[27]); *duodeni* obsessionem a glandulis induratis[28]), angustiam et scirrhum[29]), sphacelum[30]); *jejuni* angustationem[31]), *ilei* atresiam[32]); *coeci* involvulum implicationem[33]); *coli* expansionem et angustiam[34]), tumorem carnosum inter ejus fibras[35]); *ani* atresiam[36]); *mesenterii* tumores[37]), infarctus glandularum[38]), steatomata[39]), suppuratio-

23) Blancard anatom. pract. cent. II. obs. 100.

24) Meyer *Samml. med. Bemerk.* p. 291.

25) Hasenoehrl historia morbi epidemici.

26) Morgagni epist. XXIX. art. 21. 29.

27) Wintringham de morbis quibusdam commentarius. Lond. 1783. No. 168; — Spry in Kühn's *physic. med Journal* 1801. p. 121.

28) Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 6. p. 623.

29) Fr. Hoffmann l. c. obs. 8; — Morgagni epist. XXX. 12; — Barcon *diverses observations anatomiques tirées des ouvertures des cadavres. Perpign.* 1751. *No.* 8; — Hochstetter *medic. Wochenblatt* 1781. *No.* 27; — Henning in Hufeland's *Journ. B.* 8. *St.* 4. p. 35.

30) Ridley obs. med. pract.

31) Rubini in *Giornale di medicina di Parma. T. I. No.* 2; — Thilenius *med. chir. Bemerk.* p. 302.

32) Osiander *neue Denkwürdigk. für Aerzte und Geburtshelf. B.* 1. p. 171.

33) Loyseau *observations médicales et chirurgic. Bordeaux* 1617.

34) Blasius observ. med. rarior. Amstelod. 1677. P. I. No. 5.

35) Fontanus observ. rar. analect. Amsterd. 1641.

36) De la Mare in *Journ. de médec. T.* 33. p. 510.

37) Bang l. c. p. 259.

38) Cahagan in *Med. comment. von Edinburgh. Dec.* 2. *B.* 4. p. 27.

ionem[40]); *omenti* scirrhum[41]), steatoma[42]), con-
tionem cum peritonaeo[43]) aut utero[44]); *hepa-*
inflammationem et ulcus[45]), volumen auctum[46]),
tructionem[47]), scirrhum[48]); *cystidis felleae*
turam[49]); *ductus choledochi* atresiam[50]); *du-*
cystici coalitum[51]); *organorum biliferorum* cal-
os[52]); *pancreatis* corruptionem[53]), scirrhum[54]);
sple-

) M. Verdries in Ephemer. acad. nat. curios. cent. VI. obs. 16. — Delvaux in *Journ. de méd. continué. Vol.* 15. p. 4.

) Bonet sepulchr. lib. I. sect. VIII. obs. 51. sect. IX. obs. 37.

) Riverius observat. cent. II. No. 48.

) Huxham opp. T. III. p. 8. et *Philosoph. transactions* No. 382.

) Kratzenstein diss. in sylloge observationum p. 45.

) Vetter *Aphorism. aus der patholog. Anatom. B.* 1. p. 152.

) Bonet l. c. obs. 39.

Haen rat. med. contin. T. II. P. II. p. 38, — ejusdemque historia anatomico-medica morbi miri incurabilis. Hagae 1744. in Haller coll. disp. Pr. VII. No. 265.

Quotidiana experientia.

Horn's *Archiv für med. Erfahr.* 1810. p. 170.

Bonet l. c. obs. 35.

Winckel in Hufeland's *Journ. B.* 8. *St.* 3. p. 59. 75.

Blasius observ. med. rarior. P. II. No. 4.

Bonet l. c. obs. 36; — Zacch. Vogel *med. chir. Beobcht.* p. 162; — Selle *Neue Beyträge zur Natur und Heilwissensch. B.* 3. p. 115; — J. P. Frank l. c.

Barbette praxis. p. 109.

Rhodius observ. cent. III. obs. 97; — Panarolus iatrologism. Pent. I; — Schurig l. c. p. 459; — Haen rat. med. P. VI. p. 20; — Stoll rat. med. T. I. p. 292; —

splenis expansionem[55]), dislocationem[56]), apostema[57]); *renum* volumen auctum[58]), calculos[59]); *uretherum* et *vesicae urinariae* inflammationem, calculos[60]); *uteri* carcinoma[61]), molam hydatitosam[62]): *foetum extrauterinum*[63]); *diaphragmatis* inflammationem[64]), herniam[65]); *mediastini anterioris* tumorem scirrhosum[66]); *oesophagi* inflammatio-

Morgagni epist. XXX. art. 7. 10. 12; — Lalouette et Carrère in *Histoire de la soc. R. de médecine* 1776. p. 268 et 1777 p. 214; — Juppin in *Journ. de médec. T.* 89. p. 73; — Heusinger in Stark's *Archiv. B.* 1. *St.* 2. p. 22; — Meyer l. c. p. 594; — Penada *saggio di osservazioni. T.* 3.

55) Schurig l. c. p. 460; — J. P. Frank l. c. §. 665; — Kate ex *Journal de médec. année quatorzième. p.* 409. in *Samml. auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 24. *St.* 1. p. 56; — Portal *cours d'anatomie médicale. T.* 5. p. 339.

56) l. c. *B.* 2. p. 41.

57) Coze in *Journ. de médec. T.* 82. p. 255.

58) Morgagni epist. XXXVI. art. 20; — Keir in *medical communications. Vol.* 1. *No.* 8; — Ruff in Hufeland's *Journ. B.* 13. *St.* 3. p. 87.

59) Bonet op. c. lib. III. cap. VIII. obs. 60; — Meibomius diss. cit. §. 27; — Fr. Hoffmannus l. c. §. 27.

60) In nobili Lithuano *Karp* calculo vesicae urinariae et renis suppuratione laborante, effrenes vomitus conspexi.

61) Trampel *Beobachtungen und Erfahrung. B.* 2. p. 135.

62) Wolfart in Hufeland's *Journal B.* 19. *St.* 2. p. 122.

63) Weinhardt *Beschreibung einer merkwürdigen Operation durch den Kaiserschnitt.*

64) P. II. Vol. II. cap. I. §. IV. No. 1.

65) Ibid. §. II. No. 1.

66) A. Stout in Chapman's *Philadelphia medical Journal Mai* 1824 (Vir 52 annorum ab infantia dyspnoeae obno-

ationem, suppurationem, angustiam*); *pulmonum* ılogosin[67]), suppurationem[68]); *cordis* volumen capacitatem auctam[69]), dislocationem[70]; osse-entiam[71]), conditionem friabilem[72]); *aortae* evrysmata[73]); *cranii* cariem, exostoses[74]), fra-ıras; *meningum* et *cerebri* phlogosin, hydro-m[75]).

§. LXXIX.

xius, tandem habitum morbosum exhibuit accedentibus dyspepsia, nausea et vomitu, nec non tussi et voce mutata. Ultimis sex vitae mensibus tumor super claviculam ad latus tracheae se manifestavit, sociis palpitatione cordis et debilitate. Tandem sub summis angustiis mors. Secto cadavere repertus est *tumor scirrhosus mediastini anterioris*, quartae et quintae vertebrae dorsali respondens, qui ramum bronchiae et oesophagum nervumque recurrentem comprimebat).

) Capitibus quibus hi morbi hoc ipso in libro tractantur.

67) P. II. Vol. II. sect. I. cap. de peripneumonia et praecipue §. XXXIV. No. 20.

68) Ibid. §. XLIV. No. 5; — WICHMANN l. c; — J. P. FRANK l. c. historiam Dr. SALLABA enarrans. p. 382.

69) P. II. Vol. II. sect. II. §. L. No. 2.

70) Ibid. §. LIII. No. 3.

71) WATSON *medical communications Vol. I. art.* 18. 19. (ossificatio erat in eo cordis loco, quo diaphragmati superincumbit).

72) P. II. Vol. II. sect. II. §. LIV. No. 3.

73) Ibid. §. LXII. 3.

74) „Post vomitum diuturnum cum dira cephalaea et tandem summis convulsionibus, in Theresia comitissa Lazansky virgine Vindobonensi, caries ad sellam cranii equinam cum duabus excrescentiis osseis in osse parietali sinistro ipso vicino cerebri hemisphaerio adactis" (Ex schedis paternis).

§. LXXIX.

Caussae.

Praedisponentes.

1. Quamvis sint, qui non solum difficulter vomant [1]) sed et vomere nequeant [2]); concedi tamen debet, „nullum, si canem excipias, exstare animal, quod vomitum tam saepe tamque levi ex caussa, quam homo, exerceat [3]).“ Palam id fiet a facilitate qua vomitus excitatur in recens natis pueris, senibus [4]), et praecipue in sexu sequiori.

Excitantes.

2. Excitari hîc solent nausea et vomitus a menstruatione [5]), coitu [6]), conceptione [7]), partu [8]) lacta-

75) P. II. Vol. I. sect. I. capitibus de dolore capitis, encephalitide (praesertim §. XVIII. No. 10) de hydrocephalo et apoplexia.

1) Inter alios *maniaci*, uti videre est ex P. II. Vol. I. sect. I. cap. XXV. §. CIX. No. 3.

2) Dicuntur a schola medica *dysemeti*, ut distinguuntur ab *evemetis* facile vomentibus (Fr. Hoffmann op. c. §. II).

3) J. P. Frank l. c. §. 659.

4) Lentin memorabilia circa aerem, vitae genus, sanitatem et morbos Clausthaliensium. Goett. 1779. p. 136; — S. G. Vogel *allgemeine medicinisch-diagnostische Untersuchungen zur Erweiterung und Vervollkommnung seines Kranken-Examens. B.* 2. *Stendal* 1831. p. 194.

5) Panarolus (sect. I. obs. 22) puellae meminit, quae nondum menstruata, per septem integros annos, simulac cibo caperet, illos revomuit, prodeuntibus vero menstruis, ab eo malo liberata fuit. — Sub primo menstruorum ingressu vomitum solum pati coepit virgo gracilis quindecim annorum, quam mense Januario 1818 Vilnae curandam habui. Exasperabatur malum dum mensibus proxime sequentibus catamenia haud comparuerint; aegra videlicet praete-

atione[9]) ornatuque[10]), et universe (ne amplius

plius

coccolatam plane nihil stomacho retinere potuit. *Cocco-'atam* itaque pro vehiculo elegi, ad oxydum bismuthi administrandum. Effeci inde ut aegra postea aquam gaz acido carbonico et marte impraegnatam amplius non evomuerit. Cujus remedii sub usu quum menstrua comparuerint, omnis ad vomitum proclivitas ablata est. — Vomitum menstruorum tempora utplurimum servare etiam KLEIN notavit (interpretationes clinicae. articul. vomitus multiplex). — Vulgatissimae tandem sunt observationes vomitus a suppressione menstruorum, quas inter alios collegerunt HORSTIUS (opp. T. II. p. 292) et RAZOUX (*tables nosologiques et météorologiques. Basle* 1767. p. 152).

M. FR. HERTOD vomitus venereus in femina, post coitum materiam semini similem vomitu ejiciente. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 1. 1670. p. 20; — CHR. FR. PAULLINI vomitus cum dysuria post coitum ordinarii. Ibid. dec. II. ann. 7. 1688. append. p. 157; — I. LANZONI de vomitu et singultu ex venere. Ibid. dec. II. ann. 10. 1691. p. 160. — Vilnae a. 1815, collega *A. Sniadecki*, uxorem cujusdam centurionis militum curavit, quae quotidiano a vomitu excruciabatur, caeterum autem optime valebat. Quum innumerabilia remedia sine successu adhibuerit, tandem aegram interrogavit, num crebro coitum cum marito celebraret? Respondit: septies quaque nocte. Prohibito tali abusu, vomitus mox cessavit. — A *prima venere* plus vice vomitum observavi, nubilibus graviditatis timorem incutientem, et neogamis prolis spem defraudantem. Ast non solum in feminis vomitus a coitu mihi obvenit, sed etiam in viro. Sic celebris concentuum musicalium magister *Paer*, quoties cum uxore concubuit, toties sequente mane vomebat. Vae autem illi, dum vomitus, quin *cum uxore* concubuisset, adparuerit! Rixae domesticae tunc inevitabiles fuere. — Nostro aevo mariti non amplius tam officiosi sunt, ut ad uxores gravidas suble-

plius de caussis ex necroscopia elucentibus di(
mus) a navigatione[11]), lacuum illa non ex(

pta[1]

vandas vomant, ut P. Wurffbain retulit in Miscell. a(
nat. curios. dec. II. ann. 10. 1691. p. 410, agens de ma
torum vomitu, dentium doloris loco conjugum utero
rentium.

7) Raisant ergo primum erumpentibus in foetu pilis, p
gnanti fastidium. Paris 1629; — El. R. Camerarius (
de vomitu gravidarum. Tubing. 1682; — *Histoire de*
cadémie R. des sciences 1716; — Teichmeyer diss.
vomitu gravidarum, primis plerumque gestationis me
bus fiente. Jenae 1738; — Hess diss. de vomitu gravi
rum. Basil. 1751; — Koerber diss. de nausea et vo
gravidarum. Goett. 1787; — Brendt diss. de vomitu
vidarum. Berol. 1828.

8) J. P. Frank l. c. §. 666.

9) Th. Thompson *von einem langwierigen Erbrechen,*
aus einer allgemeinen Schwäche entstanden, ex *Med*
consultations London 1773, in *Samml. auserl. Abhand*
pr. Aerzte. B. 3. *St.* 1. p. 3.

10) Feminae, quae rigidis illis lignis, *planchettes* dicunt,
praecordia coarctare solent, ad vomendum sunt fac
quod Fr. Hoffmannus (l. c. §. 28) depressioni cartil
nis mucronatae, ventriculum comprimente et irrit
adscribit.

11) Praeter auctores de morbis classium et navigantiun
universum (P. I. Vol. I. sect. I. §. IX. No. 7. §. X. 9): Riv
diss. de venilia et malacia nec non de nautea s. *Seekr*
heit. Leipz. 1645; — Ovelgün de nausea maris nonn
Act. acad. nat. cur. Vol. 5. p. 304; — Emmerich diss
morbo marino, navigantibus prima inprimis vice famil
Regiomont. 1700; — Vater de morbis classiariorun
navigantium. Witeb. 1715; — Thiesen diss. de m
marino. Regiom. 1727; — Ludwig diss. de vomitu n
gantium. Lips. 1738; — Hey (Schmiedel) diss. de m

²); a vectione, praecipue retrograda, in cur-
) et traha [14]), ab equitatione [15]), a motu ro-
tato-

: navigatione oriundo. Erlang. 1748; — KALTSCHMID diss. : nausea — *Seekrankheit* — Jen. 1765; — C. CHR. ENGEL ecimina medica. Berol. 1781. p. 24; — HENDERSON diss. : vita marina et de varietatibus et morbis ejus in diver- : regionibus. Edinb. 1784; — AUTENRIETH *Bemerkungen er die Seekrankheit*, in HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* . 2. *St.* 1. p. 98, et *B.* 3. *St.* 2. p. 239; — EDW. ILLER *on the phenom., causes and treatment of sea-sick- ss.* Ex *The med. repos. by* S. MITCHILL *Vol.* 4. in ALBERS *nerikanische Annalen der Arzneyk.* etc. *Heft* 1. 1802. p.); — W. H. WOLLASTON *origine of sea-sickness, as ising from a simple mechanical cause deranging the cir- lation of blood,* in *Philosophical transactions. f. the Year* 310. Vers. germanica libera in GILBERT's *Annalen der hysik.* 1812. *St.* 1. p. 37; — LARREY *mém. de chir. mili- ire. T.* 1; — KÉRAUDREN *Versuch über die Erscheinun- n, Ursachen und den Verlauf der Seekrankheit.* Ex *urnal de médecine* 1812, in HUFELAND's *Journ. B.* 38. 14. *Febr.* p. 53; — *Del mal di mare osservazioni com- unicate dal Sig.* LÉGRAND *al Sig. Dott. Luigi Frank. enezia* 1817. et *giornale di medicina pratica del Sig.* RERA. *Fasc.* 33: — WALTHER *und* STUCKO in *Journal r Chirurg. und Augenheilk. B.* 15. *Heft* 2. *Berl.* 1831. . 1.

Puellae haud paucae super Larium nostrum navigantes usea et vomitu corripiuntur. Idem super flumina aliosve cus contingere DARWIN notavit (*zoonomia.* Vers. Ita- ae T. 2. p. 83).

BÜCHNER diss. de nausea et vomitu eorum qui curru huntur. Hal. 1757; — ENGEL l. c.

Vectionem in traha, praesertim clausa, vomitum exci- re, nemo qui in septentrione hiemem transegit, ignorat.

Super elephantes DARWIN l. c. LARREY l. c.

tatorio[16]), vel alio quocunque[17]); a terraemotu[18]), ab adspectu rhombi circumacti[19]), ab intuitu praecipitii[20]), nivis[21]), lucis vividae

16) „Meretrices quondam in Germania castigabantur publice, ut in caveam ligneam oblongam (*in einen hölzernen Käfig*) ponerentur, et celerrime in gyrum agitarentur sic detentae; sub quo motu, post paucas minutas, et vomitu vehementi et simul diarrhoea, foedo satis spectaculo, afficiebantur" (Ex schedis paternis). — Puellam quae, dum prima vice saltationi rotatoriae (*Walz*) indulgebat, propter vomitum inde excitatum, desistere debuit.

17) Convalescentem e scarlatina observavi (de quo adhuc infra §. LXXX. No. 9. a.) qui dum caput a pulvinari elevaret, in vomitum incidit. — Reil (*über die Erkenntniss und Cur der Fieber B.* 4. p. 121) de aegro suo narrat: „*Alles erregte ihm Erbrechen, selbst das Umdrehen im Bette.*" Similia habet Bang in Collect. soc. med. Havn. Vol. II. No. 17.

18) Terraemotus qui Novocomii die 14. Martii 1832 circa horam quartam matutinam locum habuit, etsi strages non ediderit, domuum tamen in urbe sitarum partem superiorem ita concussit, ut feminae plurimae secundam contignationem inhabitantes vomitum expertae sint.

19) „Muratorem Tyrolensem, gravissimo typho laborantem, ex pietate in domum suam recepit vir probus, et per omnem hyemem nutrivit. Convalescenti, cum laborem hic, fallendi temporis causa, petiisset, dedit ille benefactor filum ex spira glomerandum (*Garn vom Haspel abzuwinden*). Vix aliquoties spiram circumverterat coram oculis convalescens, quum illico vomitum sit passus, quod toties repetiit, ac ad laborem miser rediverat" (Ex schedis paternis).

20) Hac de re aeditui, itineratores ad turres altissimas ecclesiarum st. Stephani Vindobonae, cathedralis Mediolani, Münster Argentorati etc. ducentes, testari possunt.

(Communissima sane haematemesis caussa, tam in viris, iam in feminis, neutiquam vero in infantibus. Debito im loco (P. III. Vol. II. sect. I. de haemorrhoid.) demonrabo, cl. Hesse (l. c. p. 730) pleno jure doctissimum rnka (hist. haemorrh. omnis aevi observata medica conens. Vol. I. p. 41) refutare, quatenus *haemorrhagias instinorum recens natorum* ex haemorrhoidibus repetit.

Sagar syst. morbor. sympt. p. 290.

Rhodius observ. med. cent. II. obs. 65. p. 86; — Scultus armament. chirurg. P. II. obs. 59. p. 86.

Rogery l. c.

Lafontainio (*chirurg. Abhandl. Polen betreffend*) non stipulor nexum plicam inter et vomitum cruentum aniadvertenti.

Hématémèse causée par la respiration du gaz hydrogène rcarboné ou gaz de l'éclairage, par le Dr. Fermon. rusac *Bulletin des scienc. médicales* 1827. *Septembre.* 57.

Cap. XIV. §. XLVI. 2.

tionem morbosam quam per erosionem[53]), e
pectanda est: *venarum* — (potissimum vasor
brevium[54]) et meseraicorum[55])) quoniam im

53) Dissertationi citatae Fr. Hoffmanni thesis adjuncta quae sic audit: „Ut rectius haemorrhagiarum aetio giam ab arteriis, ita etiam vomitus cruenti rationem inde petimus.“ Jam Blancardus dixerat haematem per vasa gastrica celebrari (Kaempf de infarctu vaso ventriculi §. 13). Portal (l. c.) ait: „*On l'a vu (le sa transsuder des extrémités arterielles dans l'estomac et d les intestins grêles.*“ Arterias sine erosione et per me secretionem morbosam sanguinis profluvium in morbo stro largiri posse, tandem meridiana luce clarius pro runt Testa (*malattie del cuore; nuov. ediz. di* Sorm *Milano* 1831. *T.* 1. p. 90), Elliotson (*Medico-chir transactions.* 1820. p. 52), Speranza l. c. p. 72 etc.

54) De origine haematemesis ex vasis brevibus perbelle Alberti (l. c.). Sunt equidem, qui observationum su allatarum (§. LXXXIV. 4) immemores, sanguinem in h matemesi rejectum ex vasis brevibus venire *non* p praetendant, eo quod haec vasa ventriculum non in diantur, sed solum in tunicas ejus inserantur. Hoc terim argumentum videtur tam difficulter non solvi crepaturae et vasorum et membranarum ventriculi si contingant. Nonne venae, quae sub cute decurrunt, in dum cum hac ipsa, praeviis inflammatione, suppurati exulceratione, rumpuntur? Et quare demum, quum su ris sanguinei ad cutem exempla non desint, quare, quam, similia phaenomena in ventriculo et intestinis c tingere non possent, sine ulla etiam dilatatione aut l sione vasorum?

55) Et haec vasa in aetiologia haematemesis non esse sil tio praetereunda Storch (*Weiberkrankheit. B.* 2. p. 3 animadverterat, dicendo: „*Allein, da in die Substanz Magens auch andere Adern laufen, deren Extremit*

enta, quae ob vitia aut membranarum ventriculi,
ich ebenfalls von einem innerlichen Triebe öffnen können; o kann man in solchem vomitu cruento, welcher eben nicht n so starker Quantität erscheinet, und die Patienten dabey nunter bleiben, gar wohl davor halten, dass solcher nicht us der Milz und per vasa brevia, sondern ex vasis neseraicis und deren Ramificationibus seinen Ursprung abe." Jam monuit ALBERTI (diss. de haemorrhoidum anomaliis Hal. 1717. §. 16): „quando molimen haemorrhoidale, missa vena haemorrhoidali interna, *in meseraicas venas* xorbitat, corripiunt aegros atrociores torsiones circa umbilicum et altius ascendentes, sub scrobiculo cordis, cum multis angustationibus et anhelosa et suspiriosa respiratione conjunctae, accedentibus gravioribus cardialgiis, pressionibus ad animi deliquium interdum urgentibus, frigidum sudorem elicientibus, caput in consensum trahentibus, ructus admodum anxios inferentibus et elidentibus, nterea saepe contumaciorem alvi occlusionem involventibus et vel flatulentiam perquam molestam et dolorificam simul inferentibus vel relinquentibus, cujus causam multi n atonia solius ventriculi vel intestinorum inquirunt neque ad fonticum haemorrhoidale negotium retrospiciunt. uando vero pergit, hae anomaliae propius ad vomitum cruentum tendunt, pathemata praedicta acerbius affligunt, nprimis vero a scrobiculo cordis versus sinistrum hypochondrium impetuosius ruunt et gravius saeviunt, ut sunt angustationes circa ventriculum et in illo, quae tanto magis post levem ciborum ingestionem augentur, sive cibi molles sive solidi fuerint, ut propterea subjecta alimentorum assumtionem admodum vereantur, quo spectant etiam sensibiles ventriculi torsiones, alternantes inflationes, respirationis oppressiones, singultuosae succussationes, asthmaticae afflictiones, ructuum anxiae et violentae extrusiones, convulsivae concussiones ad diaphragma et ad ventriculum abeuntes, lancinatoriae, dolentes sensationes in si-

culi, aut partium contiguarum, progressui san-guinis per illas obstant, in stomacho non sec ac in intestino recto [56]), profluvium cruentum (depositionem materiae nigrae [57])) largiuntur *arteriarum* et *venarum simul* — vix enim separ tim aegrotare queunt [58]). Accedunt morbi cruen hep

nistro hypochondrio, vagae reliqui corporis aestuation intercurrentes superficiales horripilationes, sudationes fi gidae, occurrentes dolores capitis gravativi et commoti nes vertiginosae, oppressiones praecordiorum, refrige tiones extremitatum, pedum manuumve, appetitus dep vatus, graves dejectiones, imbecillitates reliquarum viri murmura et borborygmi sursum angustantes, donec ta dem actuales vomitus erumpant. Continuant interea miores alvi obstipationes et indistinctae inquietudines, inferioribus abdominis regionibus in superiores transc dentes, et haemorrhoidum motuum et successuum ano lias prodentes. Sub quibus eluctationibus haemorrhoi libus anomalicis, quando secundum praesumtionem ve triculi debilitati et atoniae viscerum, stomachica et s guinem commoventia remedia adhibentur, non modo t haec calamitatum series augetur, sed et eo facilius et c tius *eruptio cruenta in ventriculum* adjuvatur et acce ratur."

56) „*Les hémorroïdes, comme je l'ai prouvé fort au lo et la maladie noire, sont la même maladie, don siège est différent*" (TISSOT l. c.).

57) Cl. HARLESS (*rheinische medic. Jahrb. B.* 5. *St.* 1. p. assentire nequeo, dicenti: „*Der morbus niger Hippocr ist ja vor allem die vollkommenste und wichtigste Art Melanose.*"

58) „*L'engorgement contre nature des artères de l'estom et des intestins peut avoir pour cause celui des veines c respondantes, souvent occasionné par la compression*

atis[59]), cystidis felleae[60]), lienis[61]), intesti-
umque[62]) nec non anevrysmata disrupta[63]),
adi-

eulement du tronc de la veine porte, mais encore de quelques unes de ses branches, comme les spléniques, hépatiques, pancréatiques et mésentériques et surtout des veines qui sont placées entre la grosse extrémité de l'estomac et la cavité de la rate" (PORTAL l. c.).

) *Haematemesis hepaticae* exempla leguntur apud GESSNER (l. c. *B.* 4. p. 248), NICOLAI (*Pathologie. B.* 6. p. 442), NISLE (*Blutung aus der Leber, entleert durch Erbrechen und bedingt durch abnorme Communication dieses Organes mit dem Magen;* in HORN's *Archiv für med. Erfahrung. Jahrg.* 1829. p. 813) aliosve. Propria praxis inprimis illam STORCHII (*Jahrgang.* 1. p. 217) confirmat, juxta quam aegrotorum nonnulli haematemesi laborantes, quondam *ictero* affecti fuere. Haecque omnia ad confirmandum jam supra allatum effatum HIPPOCRATIS: „si ex partu sanguinem vomat . . . etc."

) BUDAEUS (Ephem. acad. nat. cur. cent. I et II. obs. 105) in femina, quae cum materiam plurimam vomuisset instar sanguinis congrumati et incorrupti, quamvis ejusmodi materià vas breve plenum, et crassitudine digitum fere aequam haberet, ventriculi tamen substantiam sine ullis venis conspicuis exhibuit; *vesiculam autem fellis magnam, eademque materia turgidam.*

) CALLISEN (Acta soc. med. Havniens. Vol. II. p. 779) sanguinis per alvum evacuationem vidit ex lienis cum ventriculo cohaesione, in quem ille foramine patebat. Vidit PORTAL (l. c.) in cadavere sanguinem ex vasis brevibus, adhuc in stomachum apertis et sanguinem fundentibus, in ventriculum venisse, ac lienem a sanguine turguisse. Ipse pluries lienem ante haematemesis paroxysmum turgidum, postea detumuisse observavi. Aliquando autem lienis volumen potius sub vomitu sanguinis augeri, a MORGAGNIO (epist. XXXVI. No. 11) edocti sumus.

aditum ad ventriculum invenientes. Nec min gastritis, ejusque varii exitus, potissimum ulcera *).

§. LXXXVI.

Diagnosis.

H. simulata. 1. Sauvagesii casu [1]) edocemur, cautelas r spectu ad *vomitum simulatum* traditas [2]), etia haematemesi quadrare.

H. fortuita. 2. Ab hoc morbo praeterea distingui debe *vomitus sanguinis fortuitus*, qui accidit dum rejic tur cruor aut prius cum alimentis sumtus, aut aegrotis superstitiosis ex hominis capite trunc art

62) Quarinonius (consil. medic. consil. 484) in hypoch driaco venas mesentericas obstructas et adeo dilatatas i venit, ut speciem intestinorum prae se tulerint. Icte nigro mortuum dissecuit Vesalius (de corp. hum. fabri lib. V. c. 15. p. 663), atque venae portarum ramum, s coli intestini fine, et tota recti longitudine in mesente ductum, pollicis fere crassitiem aequare, et sanguine tu gere animadvertit. In Principe melancholico, sedentari vitae dedito, mesenterium nigris varicibus undique ci cumscriptum, describit Bonetus (medic. septentrion c. 13. p. 692). Venas in abdomine varicosas, maxim molis vidit Columbus (de re anatomica. lib. XV. p. 26

63) §. LXXXIV. 3. *) Cap. XXVI.

1) „Puella in monasterio detenta, ut inde emitteretur, ha matemesin simulavit, eamque vehementem, quippe plur cruoris libras, praesente etiam medico, vomitu per al quot dies rejiciebat. Detectum est tandem eam quotid sanguinem bovillum clam hausisse, singulis diebus furti delatum" (l. c.).

2) Cap. XXI §. LXXX. No. 3.

riis saliente, ut se ab epilepsia liberent, epo- aut sub epistaxi, a dormiente inprimis aegro, lutitus [3]); aut sub operationibus labii leporini, pi nar um, sectione frenuli linguae ad ven- dum ductus; aut sub transitu foetus per va- um haustus [4]); aut cum lacte nutricis suctus; d apud recens natos sanguinem vomentes, sae- ime quidem, at certe non semper accidit [5]).

3. Quem-

3) Mense Aprili anni 1814 Vilnae ad infantem trium anno- rum vocatus sum, qui febre intermittente neglecta et liene volumine aucto laborans, primum in saevam epistaxin, dein in vomitum cruentum et diarrhoeam cum faecibus nigris, piceis, incidit. Quum reliqua haematemesis sym- ptomata desiderarentur, morbum simpliciter pro epistaxi declaravi ac connubio radicis rhei, corticis cinchonae et elixirii vitrioli Mynsichtii sanavi. Similia exempla le- guntur apud Storch (*Vierter med. Jahrgang*. p. 105), Tissot (l. c, p. 91) et in *Journ. de médec. T.* 6.

4) Baudelocque *Anleitung zur Entbindungskunde. Zweyte von* Meckel *mit Anmerkungen versehene Ausgabe. Leipz.* 33. 1. p. 318.

5) W. J. Schmitt (l. c.) contendit, vomitum cruentum re- cens natorum *semper* ex mammis cruentis matrum (rarius nutricum, utpote apud quas secretio lactis jam stabilita est dum in domus privatas suscipiuntur) venire. Etsi et ego plurima ejusmodi exempla, et inter illa unum lucu- lentissimum Vilnae in familia cl: professoris Capelli, ha- buerim; attamen rem non semper ita se habere, fateri cogor. In aliis nempe aegrotulis cruorem vomentibus, nihil morbosi in nutricum mammis detegere potui. Li- benter itaque egregii Hesse (l. c.) hypothesin admitte- rem, qua haematemesis recens natorum a congestione san- guinis in systemate venae portarum circa hepar, forte pro- pter respirationem nimis lente evolutam, derivatur.

H. occulta. 3. Quemadmodum autem non quivis vomit[us] sanguinis haematemesin constituit, ita quoque i[l]lius absentia *haemorrhagiam ventriculi* non excl[u]dit [6]). De tali haemorrhagia *occulta* toties susp[i]cio valebit (ne iterum de morte improvisa dic[a]mus [7])) quoties praeviis symptomatibus prodrom[i] haematemesis, signa aliàs vomitum cruentum c[o]mitari solita, inprimis vertigo, obfuscatio visu[s,] pulsus exilis, frigus extremitatum et lipothymi[a] in conspectum veniunt. Suspicio ejusmodi ad ce[r]titudinem eveheretur, si ocyus serius diarrho[ea] cum *materia atra* prodiret.

Bilis atra. 4. Interea talis atra materies (idem an vom[i]tu aut diarrhoea evacuata) non praepostere p[ro] sanguine declaranda est. Potest enim in *at[ra] bile* [8]) aliisve, ad cholerae exemplum, humor[i]bus [9]) consistere. Illius evacuatio a sanguinis i[l]... distin[...]

6) Elucet inde, morbo de quo agitur, nomen *haemorr[ha]giae*, seu *haemorrhoeae ventriculi* magis convenire illo h[ae]matemesis, seu vomitus cruenti. Adoptaverunt illud j[am] dudum Szkrochowski in dissertatione de haemorrha[gia] (In Eyerel diss. med. in universitate Vindobonensi ha[bi]tis. Vol. I. 1788. p. 401) et Swediauer (nov. medic. [...] syst. T. I. p. 203).

7) §. LXXXIV. No. 3.

8) „Sic princeps-episcopus Spirensis, maniâ laborans, c[um] convaluisset, insignem piceae materiae nigerrimae qua[n]titatem, sine sanguinis suspicione, cum summo fructu [e]jecit ex ventriculo. Morbi nigri, in maniaco, histori[am] conservavi, ubi certe sanguis non fuit, sed bilis at[ra] per vomitum rejecta materies“ (Ex schedis paternis).

9) „Nullum novi morbum, inquit Vorlaender (l. c. §.

inguitur, quod lintea inde minime colore ru- tinguntur, quod amara est, quod in aqua (cui rem flavum subviridem conciliat) solvitur, et ime quod sine tumultu ac cum mentis potius eatione corporisque emolumento contingit. In- a haematemesis consortium atrae bilis[10]), et um materiarum[11]) non semper excludit.

5. His praemissis *melaenam* seu *morbum ni- n* ab HIPPOCRATE descriptum[12]), in *duas ae-* Morbus niger Hippocratis.

gri-

qui in suo initio tantum similitudinis cum morbo nigro praebeat, quoad symptomata potiora, quam *choleram* . . . Excreta hîc sunt bilis, aqua, pituita, stercora et succi nterici."

FAXE *Geschichte eines Erbrechens einer schwarzen geron- nenen Materie und Blutes, mit schwarzem Stuhlgang Neue schwedische Abhandlungen.* 1784 p. 39).

PENADA *memoria intorno una giovinetta la quale separò per bocca non tanto le menstruazioni quanto le feci e le urine per uno spazio di tempo molto considerevole (saggio secondo d'osservazioni e di memorie medico-anatomiche. Padova* 1800).

Duplex hujus morbi apud HIPPOCRATEM invenitur de- scriptio. In libro II. sect. V. de morbis (edit. Foesii) le- gitur: „atram bilem aegrotus tanquam faecem vini evo- nit, nunc ad sanguinis, nunc ad lorae, nunc ad atra- menti de polypo (pisce) similitudinem, modo acidum ve- ut acetum, modo salivam pituitamque, modo denique bilem virentem. Quandoque materiam nigram, sanguinis ndole praeditam vomuerit, caedem olere i. e. putrescen- tem spargere odorem videtur. Fauces atque os incendun- tur vomendo; dentes hebescunt; vomitu rejecta terram attrahunt, et post vomitum aliquid levaminis accepisse videtur neque amplius gravari. Jejunum non magis fert, quam usum ciborum. Quodsi jejunus est, ventriculus

gritudines resolvere licet, quarum una *vomitu solitum biliosum hypochondriacorum*[13]), altera *veram haematemesin*[14]) sistit. Ambae in hoc conveniunt, quod plerumque in hominibus macilentis, morosis, iracundis, melancholicis, haemorrhoide et arthritide[15]) mulctatis, haud raro peridice[16]), evolvuntur.

6. N

murmurat et saliva acescit; assumto autem cibo, pond in ventre infimo percipit; pectus et dorsum tanquam s lis pungi videntur; laterum dolore et febre modica af citur; capite laborat; oculis non videt; gravantur cru et color niger est atque minuitur." — Porro (ibidem „Homo subrufo colore et corpore gracili circa oculos fl vescit ex viridi, molli est cute ac debilis. Quo long hic morbus ducitur, eo magis corpus affligit. Singu fere horis paucas quasi stillas, circa duorum cochleari mensuram, sursum ejicit, cibos potissimum atque c his bilem et pituitam; post vomitum per omne corp dolores sentit, nonnunquam et antea, nec non horroril levioribus ac febre detinetur; dulcibus autem adsumtis, oleosis praecipue ad vomitum disponitur."

13) Cap. XXI. §. LXXX. No. 15.

14) Quantam *sanguis* in morbo nigro Hippocratis scen ludit, praecipue demonstrarunt FORESTUS (observ. li XXII. obs. 14. in scholio), FR. HOME (onomat. m pract. T. VIII. p. 482) et TISSOT (l. c.).

15) „Morbus niger Hippocratis, atra bilis veterum, morb hypochondriacus cum materia, saepissime aut produ arthritidem, aut jungitur, omniaque simul symptom systematis venae portarum, malo affecti, obstructi exl bet" (STOLL ratio medend. T. V. p. 445).

16) FONSECA (GESSNER's *Samml. und Beobacht. B.* 1. p. 7 de morbo nigro in viro 28 annorum narrat, *quovis men redeunte*. Etiam FORESTUS (lib. XVIII. obs. 17. schol.

6. Non quidem melaena, quatenus morbus onicus, sed reliquae haematemeses acutae [17]), pneumonorrhagia, aliisve quibusdam sanguinis fluviis ex oris cavo [18]), confundi possent [19]), ad habitum aegrotorum, ad morbos antecetes caussasque praegressas respiceretur. Ex sym- II. a pneumonorrh. disting.

158) haematemesin *quasi periodicam* observavit in aegro melancholico atque persanavit. — M. Heer (introduct. in archiv. Archei p. 80) de milite narrat menstruatim vomitu sanguinem rejiciente, etiamsi aliquando toto octiduo quotidie venam aperiri jusserat.

) Illas a melaena distinguere placet Vorlaendero (l. c. §. 12) et Kühnio (l. c. §. 3), qui ait: „Equidem haematemesin vocandam esse censeo illum morbum, quo sanguis magnam partem fluidus, isque aut rubicundi, aut obscure fusci, nunquam nigri coloris, per os rejicitur. Contra ea in morbi nigri notione finienda ad naturam rejectorum respexerim, quae si nigra, faecibus et iis, quae ventriculo continebantur, speciem fuliginosam conciliaverint, et cum sive per os, sive alvum excernuntur, magna cum virium prostratione, animi deliquiis, praecordiorum anxietate, sudoribus frigidis, doloribus ventriculum aut dorsum, aut lumbos infestantibus, ictero etc. conjuncta fuerint, morbi hujus nigri naturam efficere mihi quidem videntur."

) Maloet *observation d'une hémorrhagie par la bouche, qui en moins d'une minute qu'elle a duré, a été suivie de la mort du malade, et dont le sang venoit immédiatement du tronc de l'artère sousclavière droite* (*Mémoires de l'acad. R. de Paris* 1733. *Hist.* p. 32. *Mém.* p. 108. Edit. in 8vo a. 1733. *Hist.* p. 44. *Mém.* p. 153).

) Medicis extraneis in Austria proprie dicta praxin exercentibus nosse juvabit, haemoptoicos ibi *Blutbrecher* vocari, ac si sanguinem vomitu redderent.

symptomatibus, saltem singulis, lux neutiquam fulget. Sic tussis, haemoptoicis (nisi cruor simpliciter eructent) familiaris, etiam a conatib vomendi in haematemesi, aliena non est. Ang stiae circa praecordia, extremitates frigidae pulsus exilis, haec tria constantissima haema mesis signa, quoque in pneumonorrhagia anima vertuntur, si ea aut ex vitiis cordis et vasor majorum pullulet, aut in aegrotis pusillanimi obveniat. Saporis dulcis perceptionem non sol sanguinis profluvium ex pulmone sed etiam ventriculo annunciare supra monuimus. Sangu qui ex pulmonis vomica aut varice prodit, sae nec floridus, nec spumosus est, sed ater et foete et, si tussis vomitum post pastum excitaverit, bis mixtus. Contra ea sanguis floridus et sincer ab aegrotis jejunis in haematemesi evacuat Diagnoseos difficultas crescit, si vomitus crue tus, sicuti aliis haemorrhagiis [20]), ita pneumono rhagiae [21]) adsociatur, vel in eam transeat*).

H. symptomat.

7. Connubium haematemesis cum aliis ha mo

20) L'Allemand *observation sur une maladie dans laquell malade rendoit le sang par la bouche et par les voies u naires* (*Annales de la sociét. de médec. de Montpellier.* 20. p. 259); — G. W. Wedel dysenteria cum vom cruento (Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 2. 16 p. 83).

21) J. Ph. Wolff sectio cadaveris feminae haemoptysi vomitu cruento, tandem hectica demortuae (Acta ac nat. curios. Vol. V. p. 1 3).

*) Storch (*Weiberkrankheit. B.* 8. p. 60 et 98) duo ej modi exempla refert.

-rhagiis praesertim in morbis indolis scorbu-
e[22]), inque febribus malignis[23]) observare
:. Febrem intermittentem cum vomitu cruen-
[24]) non vidimus.

8. Ex dictis[25]) elucet, haematemesin (a noso- Conclusio.
; vario pacto subdivisam[26])), potius sympto-
aliorum morborum, quam morbum per se
re; ac plerumque ex obstaculis circulo cruo-
oppositis, ex plethora, ex phlogosi[27]) et ex
re ventriculi, labeque viscerum adjacentium,
imis lienis[28]), pullulare. Fractum vasorum
ominalium vigorem, astheniam videlicet, hîc

sce-

) Haematemesis scorbutica Sauvagesii (l. c.).

Vogel *med. Biblioth. B.* 1. *St.* 1. p. 97.

Torti therap. special. p. 182; — Vogel *Handbuch zur Kenntniss und Heilung der Blutflüsse.* p. 78; — Levêcque *observation sur une fièvre tierce maligne avec vomissement de sang* (*Annales de la sociét. médicale de Montpellier. T.* . *P. I.* p. 98).

§. LXXXV. 3.

Divisio Pinelii (l. c.), prima excepta specie, maxime usui practico inservire potest; ecce: 1. haematemesis constitutionalis, 2. h. accidentalis, 3. h. splanchnica, 4. h. succedanea, 5. h. critica.

Videtur Hippocrates vomitum cruentum ex ventriculo inflammato, aut ex ejusdem abscessu observasse, dicens (de morbis popularibus. lib. V): „In Larissa, virgo, quae sanguinem vomuit non multum, suppurata facta, febribus corripientibus, non liberabatur, priusquam moreretur.“

A. F. Marcus (*Ephemerid. der Heilk. B.* 3) non omnino sane erravit, morbum nigrum Hippocratis pro exitu splenicalis proclamando.

scenam ludere[29]), si casus haematemesis scor-ticae aut febrium malignarum symptomatis excip-mus, vix credimus.

§. LXXXVII.
Prognosis.

Periculum.

1. Plus sanguinis per vomitum, quam a quocunque modo, sine vitae periculo amitti p-se[1]), — metrorrhagiarum, inprimis parturienti-memores, negamus. Praeterea, quamvis edo-simus, discrimen haematemesis non semper h-rori, quem tetri hujus morbi adspectus excit-respondere[2]); nihilominus levitatem animi, c-nonnulli de ejus periculo praesagiunt[3]), reprob-mus. De ipsis haematemesis minus periculosis-aliquando salutaribus speciebus, a viro, respe-h-

29) J. P. Frank l. c. p. 207; — Reil l. c. p. 161; Berend's (*Vorlesungen über die pr. Arzneywiss. B.* 4 401): „*Es ist leicht einzusehen, dass die Krankheit,* *ihre Natur betrifft, in allen Fällen asthenisch seyn müs-*

1) Sic John Hunter (*Versuche über das Blut. B.* 1. 160) edixerat!

2) G. A. Mercklin de vomitu sanguinis enormi, licet men salutari. Miscell. acad. nat. curios. dec. III. an- et 8. 1699—1700. p. 359.

3) Ettmüller (l. c.) dicens: „vomitus omnis sanguinis non est nimius, utplurimum est salutaris;" — Cul- (*first lines of the practice of physic. Vol.* 3. §. 124): „ *haematemesis we speak of* (ex suppressione haemorrhag-rum), *is hardly ever a dangerous disease;"* — Büch- (Lichtenberg) diss. de vomitu cruento, plerumque se non lethali. Hal. 1752.

norrhagiarum certe non meticuloso[4]) dictum „eventus habere (illas) per se quidem et di- minus graviter periculosos."

2. Sunt autem illae species: *haematemesis re- natorum*, eaque non solum spuria[5]) sed et ima[6]); *h. mensium vices gerens*[7]), debitos ta- inter limites[8]) et sub recta cura[9]); *h. hae- mor-*

Pericul. minus.

E. Stahl l. c. p. 741.

„Vomitus sanguinis e papilla nutricis haustus periculo aret" (Plenk doctrina de cognoscendis et curandis mor- is infantum. Viennae et Tergesti. 1807. p. 33).

. G. Brebis de vomitionibus et dejectionibus cruentis puerulo recens nato salutaribus, et per exhibitionem ermatis ceti, oleo amygdalarum resoluti, curatis. Acta cad. nat. curios. Vol. IV. p. 107; — Anonymus Y. Z. et esse l. c. — Interea recens natos etiam haematemesi ecari, inter alia Sandiforti exemplum supra relatum . LXXXIV. No. 4) docet.

Mit Storch (*Krankheit. der Weiber. B.* 2. p. 339): „*Es eibt doch das Prognosticon vieler medicorum gewiss: dass omitus cruentus bei Mädchen, wenn der die vices der ver- opften mensium vertritt, nicht so gar schädlich oder ge- ihrlich seye, welches auch* Ettmüller (T. II. p. 79) *be- äftiget.*" Idem (Colleg. med. Stahlii p. 371) pro cri- ca quasi habet haematemesin menstruam. Rem acu te- git J. P. Frank (l. c. p. 212) asserens: „in multis certe sibus, cruor menstruus, per uterum excerni impeditus, orte minus iniqua per ventriculum, quam forsan per ulmones fuisset, periodice expellitur."

Non „cuivis mulieri sanguinem vomenti, menstruis erum- entibus, morbi solutionem fieri." Hippocrates (aphor. . lib. IV) docuit.

Storch (l. c. p. 269) inquit: „*Ich kann mich in meiner zen Praxis nicht erinnern, dass ein Mädchen vom Blut-*

nk Prax. III. I. 2.

morrhoidalis[10]); *h. periodice*, praecipue ex lien adfectione[11]), *decurrens*[12]) et *h. gravidarum*[1

Pericul. magnum. 3. Alea plena est haematemesis (et aliqua do extemplo lethalis[14])) quae post nisus[15]), i ter viros[16]), ex ulceribus ventriculi*) et ex m

gr

fluss verstorben wäre, excepto in casu quodam, ubi m bus male curatus fuit, ut etiam accidit in aegra de c narratur in *Breslauer Samml.* 1722. p. 644."

10) „In viris, ex haemorrhoidibus interceptis hypochondr cis redditis, notavimus indemnes vomitus cruentos per dicos, ac vertiginem junctam, gravem sic depulsa (KLEIN interpret. clinic.).

11) ZACUTUS LUSITANUS historiam feminae narrans, q morbo lienis chronico laborans pluries haematemesin p tiebatur, inquit: „ex splenitica aegritudine existente ea allevata fuit." Et ETTMÜLLER (l. c.): „vomitus (sa guinis) spleniticorum periodicus est saluberrimus, si n sit nimius."

12) GALL (*medic. philosoph. Untersuchungen. Th.* 1. p. 2 narrat de viro nonaginta annorum, qui omni anno, st tuto tempore, vomitum cruentum experiri solebat. STA (theoria vera p. 700) refert exemplum haematemesis p duodecim menses periodice recurrentis. Videatur eti ejus disputatio de morbis periodicis p. 15.

13) B. SCHARFF de vomitu sanguinis quotidiano gravid innoxio. Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 9 et 1678—1679. p. 43.

14) S. REISEL de vomitu cruento lethali. Miscell. aca nat. curios. dec. II. ann. 4. 1685. p. 174; — A. Löw ib dec. II. ann. 8. 1689. p. 270; — DALMAZZONE l. c.

15) Oculis vix fidem tribuo, dum apud ETTMÜLLERUM (l. lego: „is (vomitus sanguinis) qui est *a causa externa*, a qui est a mensibus suppressis, salutaris potius est qua periculosus."

16) CARDANUS (in aphorism. 21. lib. IV.) dicit: „plur

ac rebellibus viscerum obstructionibus ori-
Haec ultima promptissime in hydropem, sa-
onem respuentem [17]), transit. Memorabilis
amaurosis subitaneae post vomitum cruentum
s [18]).

4. „Ex sanguinis vel ore vel ano rejecti qua- Semiotica
e, colore, sapore, odore diversis, minus fir-
quam ex illius quantitate et impetu deducitur
gnosis" [19]). Interea potest paucus sanguis vo-
i rejici, ac simul multus in ventriculo reli-
que tubo intestinali colligi. Immo ab isto,

Nn 2 pro-

foeminas, paucos autem viros, hoc pacto (haematemesi) sine periculo evasisse" — addiditque Storch (Colleg. med. Stahlii p. 373) mares quatuor, quos ex haematuria tractavit, mortuos esse, ex plurimis autem feminis unam tantum.

Cap. XXVI.

Riverius (prax. med. p. 285) monet, illos qui ex vomitu cruento hydropici fiunt, non esse amplius salvandos.

J. Trew amaurosis subitanea post vomitum cruentum orta. Acta acad. nat. curios. Vol. II. p. 122.

Haec J. P. Frank (l. c. p. 214) verba, contra Fr. Hoffmannum (l. c.) directa sunt, ubi ait: quando „vomitui cruento, nigra et pici similis, eaque graveolens, alvi dejectio jungitur, grave longeque certius est periculum." Addit ille in schedis: „Ego interim vidi tum ano, tum ore rejectam fuisse nigerrimam et omnino piceam materiam, ac nihilominus aegros (certe non omnes) convaluisse," quod mea quoque confirmat experientia. Verum et ipse Fr. Hoffmann (syst. ration. l. c. §. XII) edixit: „Licet cruor bruneo-nigricans ad aliquot mensuras, in plebejis maxime feminis et viris eructaretur, praeter virium debilitatem, vita tamen fuit superstes."

propter facilem corruptelam et *febrem* inde ev lutam, maxima timenda sunt mala[20]). Veris mum quod „quamdiu extremitates sunt frigid semper novus haematemesis insultus timendus" sit.

§. LXXXVIII.
Cura.

Generatim.

1. Multum perspicaciae in pertractanda ha matemesi (easdem ac simplex vomitus caute exposcente[1])) requiritur. Est autem ejusmo morbi *cura triplex* sub ipso videlicet paroxysm mox post illum, et eo plane cessato.

2. Quum ex haematemesi praepostere fuga gravia mala observata fuerint[2]), ante omnia ex n

20) Quam ob rem Hippocrates (Coac. praenot.) inqu „quibus est vomitus sanguinis, *febris multa*, et dolor ci mammam, thoracem et dorsum, quibus haec omnia fiu brevi moriuntur; quibus autem non omnia, neque valo tardius. Inflammati autem sunt diebus quatuordecim summum."

21) Selle medicina clinica p. m. 159.

1) Cap. XXI. §. LXXXII. No. 1. G. Ch. Siebold *Beobachtu eines mit Blutbrechen verbundenen Bauchbruches* in Lodei *Journal für die Chirurgie. B.* 1. 1797. *St.* 2. p. 215.

2) Wedelius (in opiologia p. 146) de vidua narrat, c barbitonsor in haematemesi menstrua, potiunculam ad stringentem cum opio, lethali cum effectu, dedit. Ab i cauto adstringentium usu adversus haematemesin obstru ctionem viscerum timendam esse monuit Stahl (colle pract. §. 56. p. 363) aitque Storch (*Krankheit. der We ber. B.* 2. p. 331): *„Diesem nach kann man daraus schli sen, dass der vomitus cruentus keine solche Haemorrhag*

andum, utrum sanguinis vomitum mox sistere it, nec ne? Eum sistere *non* licet (saltem non ediate ac remediorum adstringentium ope) si r fuerit plethoricus, si haematemesis vices menstruorum et haemorrhoidum, sique ardo- ventriculi socium agnoscat. Hisce enim sub m positionibus illico ad *venae sectionem* e bra- et quidem sinistro, si lien laboret, devenien- [3]), auresque contrarium docentibus [4]) dene- ae. Phlebotomiae parvae, ast saepius repe- , largioribus anteponendae sunt [5]), inprimis egri vires a morbis antecedentibus jam fra- fuerint [6]). Tali in casu *hirudines* ad anum [7]), vel

ye, *welche von ohngefähr sich ereigne, oder bloss eine erreissung oder Zerfressung einiger Adern zum Grund be; kurz, dass sie keine haemorrhagia passiva seye, son- rn auf Verminderung der Vollblütigkeit gerichtet seye.*"

Bangius hoc in morbo venae sectionem etiam pro viri- us repetitam proposuit (prax. medic. p. 420). Tralles am pro praestantissimo vomitus cruenti remedio habet, si acer stimulus, in ventriculo penitus residens, malum citaverit (usus opii T. II. p. 25). Nec aliter sentiunt r. Hoffmannus (med. rat. syst. T. IV. P. II. p. 73). orch (ll. cc.) aliique multi.

,*In den meisten Fällen passt das Aderlassen nicht, weil s Blutbrechen sehr selten eine aktive Haemorrhagie seyn rd*" (S. G. Vogel *Handb. der pr. Arzneyw. B.* 5. *Kap.* §. 13).

,,Haematemesis inflammatoria exigit phlebotomias ex achio parcas, quia pulsus facile in hoc morbo concidit, d tamen iteratas" (Sauvages l. c. spec. 1).

a saignée n'est pas d'un si grand secours qu'on le pré- nd communément dans les hémorrhagies; c'est ce que

vel ad perinaeum sufficere solent. Interea ha matemesi laborantes novimus, qui longe magis cruoris evacuatione locali, quam ab universali d bilitabantur. Apud eos *cucurbitulas siccas*, dor ad revulsionem obtinendam, cum fructu applic vimus. Ad sitim compescendam bibat aeger pa vis iisque saepius repetitis haustibus, *aquam f gidiusculam* cum modica portione *succi citri, p nici granati, berberis, vaccinii oxycocci*, aut *coagulatum acidulum* [8]). *Aquam gaz acido carb nico saturatam* [9]) propter ructus facile sequen non propinamus, *acidorumque mineralium* [10]) v adstringentem timemus. Ipsa acida vegetabi vehiculo mucilaginoso involvenda sunt. Sic ef ctus stupendos a connubio *pulpae tamarindor* cum *gummi arabico* [11]) obtinuimus. Simul *pe fov*

persuadent la raison, des autorités respectables, qu'il f peser plutôt que compter, et les observations que j'ai fa (Tissot *oeuvres. T.* 5. p. 35). Etiam Quarin (de m bis chronicis. p. 154) testatur, venae sectionem suis grotis vomitu cruento laborantibus, ob debilitatem conduxisse.

7) Lespagnol *sur un vomissement de sang guéri par l'ap cation des sangsues à l'anus. Annuaire de la sociét médec. du département de l'Eure.* 1806. p. 14.

8) Van der Haar *Waarneemingen etc.* Vers. germ. Lips. 1800

9) Marx *vermischte Beobachtungen. B.* 3. *No.* 4.

10) Ruland curat. empir. cent. II. cur. 68; — Hatté *Jo de médec. T.* 69. p. 260; — Vicat delectus observ. pr No. 10; — Vogel in Eicken *Samml. B.* 1. p. 63.

11) R. Pulpae tamarindorum uncias duas. Gummi ara drachmas tres. Sacchari albi uncias tres. Coque c. s

ndi[12]), *clysteres* tepidi *emollientes*[13]), parca en copia ne intestinum colon nimis distentum lum ventriculi comprimat[14]), injiciendi, quiestam corporis[15]) quam animi[16]) imperanda.

3. Quodsi ejusmodi medendi ratio levamen afferret, et vitae periculum urgeret, ad *ar-* *n ligaturas*[17]), *aquam gelidam*, tam regioni riculi applicitam, quam epotam[18]), ad *esum iei conditae* et maxime ad *sulphatem aluminis otassae*[19]) confugiendum foret. Quod ultimum

Finis argumenti.

aquae per aliquot horae momenta. Colat. librae unius et semis D. S. omni hora uncias duas capiat.

Suaderem ope aquae *tepidae*, etsi FR. HOFFMANNUS (l. c.) dixerit; „Novi non sine successu fuisse consilium, ut manus et pedes, ad malleolos usque, aquae frigidae immittantur."

MARX l. c. 14) TISSOT l. c. p. 157.

) „Inprimis vitandus omnis corporis motus, nimia etiam ocutio, risus et animi affectus, ira praesertim et moecor" (VARANDAEUS querel. ventr. p. 158).

Aegra PINELII supra memorata „*avoit un accès d'hématémèse toutes les fois qu'elle voyoit son mari, qui par ses mauvais traitemens avoit donné lieu à la maladie dont elle étoit atteinte.*"

) Suadetur a FR. HOFFMANNO l. c. §. 7.

) P. A. MICHELOTTI epistola specimen complectens mechanico-medicae scientiae universalis morborum sanguinis luctuum et observationem de ingenti sanguinis vomitu, perquam gelidissimis brumali tempore potionibus curato. Commentarii Bononienses. T. I. p. 418. Act. acad. nat. curios. Vol. III. p. 194. *Philosophical transactions. Year* 1731. p. 129.

) STRÖM in Nov. act. soc. R. med. Havniens. Vol. IV. p.

mum pharmacum, inprimis mucilagini et gr aromati nuptum[20]), validioribus stipticis[21]) (perientia freti anteponimus. Ubi aegrotus a cru ris jactura exhaustus erat, simulque pusillanir ac spasmis et anxietate excruciatus, caeterum tem apyrecticus, consilium Tissoti[22]) alioru que[23]), *opium* adhibendi, cum fructu secuti mus. Pro ejus vehiculo semper emulsionem e gimus[24]). Sunt qui opii cum *acidis minerali* connubium anteponant[25]). Posset quoque lau num per *clysteres* (quorum ope et *hyoscyamus* su peditatur[26])) injici[27]). Interea ab opio sem

a

285. 288. et *Sammlung auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 21. *St.* 2. p. 9. 11; — Lindt diss. de aluminis vir medica. Goett. 1784; — Willich in Baldinger's *ne Magaz. B.* 7. p. 121; — Lentin *Beyträge etc. B.* 4 27. 192.

20) R. Aluminis scrupulum unum. Mucilaginis gummi a bici unciam unam. Syrupi corticis cinnamomi unc semis. Misc. affunde aquae fontanae uncias octo. D. cochleatim.

21) Ph. Looff *drie Waarneemingen, als van eene bloedb king . . . . door myn liquor stipticus gelukkig genee Handel. van het Genootsch. servandis civibus. Deel* 9. 331. Cfr. *Deel* 6. *Bl.* 185.

22) l. c. p. 155.

23) Dorfmüller in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B* p. 832; — Kortum ib. 1810. Juli. p. 64.

24) R. Opii puri granum unum. Emulsionis arabicae u cias sex. M. cap. cochleatim.

25) *Salzburger med. chir. Zeitung.* 1801. *B.* 4. p. 236.

26) Vogel l. c. §. 16.

obstructio, indeque retentio grumorum sanis in tubo intestinali timenda erit. — *Nitrum*[28]), *phoram*[29]), *digitalem purpuream*[30]), *atropam donnam*[31]), *aquam laurocerasi*[32]), *ratan-*[33]), *plumbum*[34]), *vesicatoria*[35]) necdum in aatemesi praescripsimus, nec unquam hoc in mor-

R. Decocti herbae malvae uncias quinque. Laudani liuidi Sydenhami guttas quindecim. D. S. Clyster.

Ex theoria magis quam ex praxi vereor FR. HOFFMANNUM . c. Thes. cum cautel. §. 3) dixisse; drachmam *nitri* in quae fontanae libra et syrupi papaveris rhoeados uncia mis solutam, egregie conducere adversus haematemesin.

Camphora cum nitro a MARCARDO et GESSNERO laudanur, sub ardore et profluvio ventriculi cruento ex spasmis debilitate (GESNER's *Entdeckungen in der Arzneywiss.* . 4. p. 249).

WARBURG diss. cit.

KAEMMERER *emploi de la belladonne contre le vomissement de sang.* Ex *Nye Hygaea. Novembr.* 1824. in *Bulletin des sciences médicales.* 1825. *Mai.* p. 55.

THILENIUS l. c. p. 193.

HURTADO *die Ratanhiawurzel und ihre treffliche Wirkung gegen passive Blutflüsse. Mainz* 1817. p. 28 (R. Extracti radicis ratanhiae drachmam semis, aquae rosarum uncias sex. Syrupi citri unciam).

De virtute hujus pharmaci adversus haemorrhagias e enarum systemate pullulantes edoctus, illud etiam, duce ARTON (*Philadelph. med. and phys. Journ. P.* 1. *Vol.* 2), melaena huc spectante probandum esse puto. R. Pulveris sacchari saturni grana quatuor; — gummi arabici rachmam. Misc. assidue et divide in duodecim partes equales. D. S. Ter de die pulverem.

TOGGENBURGER *vom Nutzen der Blasenpflaster beim Blutbrechen. Museum der Heilk. B.* 3. p. 180.

morbo *oleum terebinthinae*[36]), multoque adl minus *emetica*[37]) praescripturi sumus. Contra libenter *oleum amygdalarum dulcium cum sperm ceti*[38]) (praesertim recens natis), *rhei* infus tenue[39]), mucilagini junctum[40]), et *unctionem* dominis[41]) levi manu peractam adhibemus. H matemesis a hirudine deglutita, securum auxili in *solutione salis culinaris* agnoscit*).

4.

36) Brooke in *Transactions of the association of physic in Ireland. Dublin* 1817. *Vol.* 1.

37) Praemisso monitu, medicorum audacia conamina solum publici juris fieri, ubi succedunt; aliàs autem rumque velo mysterii cooperiri, observationes virtu emeticorum in haematesi celebrantes non reticebo: R hault *observation sur un vomissement de sang guéri un émétique. Mém. de l'acad. de Paris année* 1715. p. — Mohrenheim *Wiener Beyträge. B*· 2. p. 42; — E Sheridan in *Transactions of the association of Fell and Licentiates of the king and queen college in Irel* 1824. *Vol.* 4. *No.* 8; — Rust *Magaz. der gesammt. H B.* 19. p. 279. — Indicatum vomitum, faucium vell tione, excitandum esse, docet Girard I. c.

38) Brebis l. c.

39) Fortiorum purgantium hîc noxae descriptae sunt a P tal in *Mémoires de la societé d'émulation. T.* 2. p. 14

40) Pro adulto: R. Radici rhei drachmam semis. Gu arabici unciam semis. Mellis puri unciam unam. El liant per horae momentum q. s. aquae colatura uncia septem. Detur; Sr. cochleatim.

41) Fr. Hoffmannus (l. c. §. 6) suadet illinitionem sequ tem. R. Camphorae drachmam unam. Olei amygdala unciam unam. Olei ligni Rhodii guttas viginti; super positis sacculis herbarum aromaticarum in aceto rosa vel vino decoctarum.

t. Si aegrotus sub vomitu cruento in lipo- iam incideret, oris fauciumque cavitates in- gandae forent; scopo latentem forte massam osam cruentam, aerique viam ad pulmones ludentem, abigendi [42]). Monitum.

. Absoluto sanguinis vomitu, nisi spontanea hoea nascatur, alvus *clysteribus* ex sero la- vel ex aqua tepida cum aceto et melle, nec *decocto tamarindorum* vel *infuso rhei* caute itanda [43]). Si primarum viarum acida mo- ent *aquae calcis* secundae, ut dicunt, extin- s locus foret [44]). Stomachi vires decocto *mille-* C. mox post pa- roxysm.

Haec medendi ratio etiam a RUSH, MICHAELIS et REIL c. p. 164) commendatur.

,,Coenobii praepositus . . . cum sibi soli relictus sangui- m nigerrimum ac frustis praemagnis commistum, im- ensa quantitate vomuisset, humi concidens, oris cavum s grumis repletum, advenienti amico, sub adspectu ca- veris, exhibuit. Sat promte accersitus, hominem, vitae gno, si aliquem colorem excipiam, vix ullo instructum ox a thrombo, qui fauces obturabat, liberavi, ac le- ulo commissum . . . a limine mortis felicissime resti- i" (J. P. FRANK l. c. p. 219). — Conferatur historia orbi doctoris *Fortassin* a CORVISART (l. c.) enarrata.

De alvina excretione ait STORCH (l. c. p. 273): ,,*Die atur selbsten, wenn sie nur noch einige Kräfte übrig be- ilt, besorgt zwar diesen Auswurf am besten; wo aber ese fehlen, da ist es am sichersten, durch laxantia rha- rbarina den Wust auszufegen . . . Alle andere laxantia nd nicht sicher zu gebrauchen, weil sie die noch nicht stverschlossenen vasa sanguifera, durch ihre Irritation, m Aufbruch bringen können.*"

FORTAL l. c.

millefolii[45]), *cinchonae*[46]), vel *jusculis vinosis*[4 excitare velle, incautum foret. Secure jusc carnea cum hordeo, oryza, adjecto succo ci vel foliis rumicis acetosae porriguntur.

C. cessato plane paroxysmo.

6. Tempore a vomitu cruento libero utim ad latens forte morbi germen eradicandum; qu si in obstructionibus viscerum abdominalium, in conditione chlorotica locatum sit, quaeri num *remedia resolventia* et *martialia* tuto ad beri possint, nec ne? Adhiberi utique possu *mellago graminis*, *extractum cichorei* et ipsae *aq soteriae salinae;* secus autem, quid quid di Cullen[48]), *mars*[49]). Potius appropinquante me struorum aut haemorrhoidum epocha ad *pedilu tepida*, cum *cineribus*, *aut sale*, et ad *venae ctiones e pede* confugiendum. Chloroticis praete matrimonium suadendum[50]).

7. „Q

45) Stahl colleg. med. §. 58.

46) Behrends diss. de corticis peruviani in morbi nigro u Francf. 1792.

47) Ex tali jusculo post vomitum cruentum assumto, ju nis causidicus repentine est mortuus (Storch *Weiberkran B.* 8. p. 221).

48) l. c. („*a vomiting of blood from suppressed menses, oug seldom prevent the use of these remedies of amennorrho which might be impropre in the case of an active idiop thic hemorrhagy*").

49) Auctoritate loquor Kaempfii et Tissot (l. c. p. 157).

50) Lanzoni (Ephem. acad. nat. curios. cent. I. obs. 41. 110) de virgine narrat, quae praevia menstruorum rete tione, bis vomitum, sub quo quatuor cruoris libras rej cit, perpessa fuit. Initio conjugii successit mox gra

7. „Qui semel vomitu cruento correpti fue- Monitum.
, caveant sibi per totam vitam a vomito-
et purgantibus drasticis, praecipue aloeticis,
in omnibus sanguinis eruptionibus suspecta
s 1).

Caput XXIII.

De gastritide.

---

§. LXXXIX.

Definitio. Historia et literatura.

ll. Gastritis [1]) dicitur inflammatio ventriculi, Definitio.
ita epigastrii dolore fixo ardente, ab inge-
compressione aucto, cum nausea et vomitu
aci, sociis (inprimis si malum acute decur-
bre, anxietate ac singultu.

Ejusmodi morbi Hippocrates [2]) de inflam- Hist. liter.
ma-

aas, siluitque haematemesis. Plura hujus indolis ex-
pla Storch (l. c. *B.* 2. p. 100. sq.) refert.

uncker conspectus pathologiae.

Graec. *Γαστὴρ*, ventriculus. Ital. *Infiammazione dello* *naco.* Gall. *Inflammation de l'estomac.* Angl. *In-* *nmation of the stomach.* Germ. *Magen-Entzündung.* and. *Magabolga.*

libro de victu acutorum §. 3. 6. p. 298. edit. Lindii in Coacis praenotionibus p. 548. §. 2, haec habens: is ventriculi dolor et pulsus praecordiorum febre per- rata malum tum aliàs si insuper exudunt." Item

mationibus praecordiorum, et GALENUS[3]) de e[...] sipelate stomachi disserendo, meminerunt. [...] desiderantur illius vestigia apud CELSUM[4]), A[...] XANDRUM TRALLIANUM[5]), CAELIUM AURELIANUM[...] AETIUM[7]), AVICENNAM[8]), aeque ac apud obs[...] vatores[9]) aliosque[10]). Notiones sparsas prim[...] in corpus doctrinae collegerunt FR. HOFFMANNUS[...] et VAN SWIETEN[12]), quod dein locupletarunt M[...] GAGNI[13]), HAEN[14]), STOLL[15]), SAUVAGES[16]), C[...] LEN[...]

„praecordiorum tum aliàs mali sunt, tum si alvos h[...] cient" et p. 681 exemplum hujus inflammationis cum f[...] lib. I. epid. in aegroto XI. adfert. Hic quoque locus [...] spicit in coacis praenotionum §. 317. p. 551: „Praecor[...] rum dolores cum febre si dolor intensus ad occiput [...] gressus fuerit, repente occidunt convulsivo modo."

3) In libris suis.

4) De medic. lib. IV. cap. 5 („at si inflammatio aliqua [...] dolor et tumor sequitur").

5) Lib. XII. cap. 12.

6) De morb. acut. et chronic. lib. II. cap. 30. nomine: [...] diacae passionis.

7) Tetrab. serm. I. c. 1. 16.

8) Canon. lib. III. Fen. 13. Tract. 4. cap. 1.

9) SCHENK obs. libr. III. No. 102; — FORESTUS observ. [...] XVIII. obs. 1. 30. 31; — RIVERIUS cap. 12; — BA[...] NIUS consil. I. No. 43.

10) WEPFER histor. cicut. aquat. passim; — BONETUS se[...] chr. lib. III. sect. 7; — LIEUTAND hist. anatom. med[...] 1. obs. 74.

11) Med. rat. syst. T. IV. sect. II. cap. 3. De febre sto[...] chica inflammatoria; — Diss. de inflammatione ventr[...] frequentissima. Hal. 1706. opp. T. VI. p. 223.

12) Comment. in H. BOERHAAVE aphor. T. III. §. 951. [...]

13) De sedib. et caus. morb. epist. XXIX. XXX. LIX.

'), Hennings[18]), J. P. Frank[19]), Hohn- -[20]), S. G. Vogel[21]) etc.*), nonnullique tationum inauguralium auctores[22]). Broussais[23])

Ratio medendi P. VI. p. 263. IX. p. 64. 119. XIV. p. .. 130. 132.

Aphorism. p. 95. et in: Mohrenheim *wiener Beyträge.* 2. *No.* 8.

Nosolog. method. morbor. class. III. ord. II. gen. 4.

First lines of the practice of physic. Vol. 1. *cap.* 8.

Beschreibung der Kennzeichen und Cur der Entzündung Magens und der Gedärme. Kopenhag. 1781.

Epitome de cognosc. et curand. hom. morbis. T. II. 236.

Die Magen- und Nieren-Entzündung. Sondershaus. 1808.

Handb. der pr. Arzneyw. B. 4. p. 279.

curriculo hujus tractatus commemorabuntur.

Rosenstein diss. de inflammatione ventriculi. Upsal. 41; — Collin diss. de gastritide. Argentor. 1771. — ..nsiberger diss. de inflammatione ventriculi. Prag. 1775; Haymann diss. de gastritide. Edinb. 1779; — Bode .. de gastritide. Goett. 1780; — Ryke diss. de gastri-.. Lugd. Bat. 1786; — Krieger diss. de gastritide. .en. 1787; — Engelhart diss. de gastritide. Lund. .0; — Johston diss. de gastritide. Edinb. 1790; — ..tschmar diss. de gastritide cum historia gastro-hepa-..lis occultae post mortem detectae. Erford. 1795; — ..tos diss. de gastritide. Francf. 1797; — Hagen diss. gastritide. Francf. ad Viadr. 1799; — Tauzin *disser-on sur la gastrite ou inflammation de l'estomac. Paris* .9; — Sibergundi diss. de gastritide acuta. Duisburg. .0; — Quicieux *essai sur la gastrite ou inflamma- de l'estomac. Paris* 1811; — Ohlhaut diss. de in-..mmatione ventriculi. Erlang. 1812; — Pohl diss. de ..tritide morbisque qui eam sequuntur pathologia. Lips. .2; — Chaigneau *dissertat. sur la gastrite chronique.*

SAIS [23]) gastritidis quidem imperium longe ul
debitos limites extendit, ast medicis, hunc m
bum antea praetervidentibus [24]), lucrum attulit

§. XC.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata. 1. *Gastritidis symptomata* simul sumpta su
sensus caloris in epigastrio (plerumque cale
tumente) quem excipit ejusdem regionis do
pungens, lancinans, pulsans, rodens, ardens,
attactu digitorum, stragulorum, fomentorum,
inspiratione, tussi, sternutatione, singultu, et
ingestis, ut ut mitibus, eoque magis ab acril
auctus; sitis inexplebilis cum potus frigidi d
derio [1]); siccitas, rubor cavitatum oris et in

Paris 1823; — MEY observata quaedam de gastri
1) „Hoc peculiare habet ventriculi inflammatio, inquit Sw TENIUS (l. c.), quod, convulsionibus saevissimis ortis, s subitam mortem inducat." — Jam FR. HOFFMANNUS xerat (diss. c.): „Inflammatio (ventriculi) per se non gulat, sed spasmus potius;" hancque sententiam casu cem horarum curriculo lethali confirmavit (med. syst. l. c. obs. I). Similis continetur in schedis pat „Soror doctoris Dagna Ticinensis a gastritide affecta qua die adhuc domo egressa fuerat; altera die ad ip vocatus, morientem vidi, ac noctu sequente decessit c summa ventriculi inflammatione."

2) HEYFELDER *die Verletzungen des Magens, rücksicht ihrer Tödtlichkeit*; in HECKER's *liter. Annal. der gesam Heilk. B.* 11. p. 1.

3) HIPPOCRATES aph. XVIII. — CELSUS lib. V. sect. 62.

4) BOHN de renunciatione vulnerum; — RICHERAND no *graphie chirurgicale. T.* 2. p. 341.

5) SCHENK obs. med. rarior. lib. III. No. 121; — STALPA TUS VAN DER WIEL obs. med. cent. I. No. 39; — FA LOPIUS opp. T. II. de vulner. pecul. p. 225; — VALE TINI pand. med.-legal. P. II. sect. 4. p. 428; — A BERTI jurisprud. med. T. III. cas. 31. 44; — SCHU chylologia. cap. V. §. 63; — HÉVIN in *Mémoir de l'ac R. de chirurgie. T.* 1; — SWIETEN comment. T. I. p. 2 — BÜTTNER *aufricht. Unterricht von der Tödlichkeit Wunden. Königsb. u. Leipz.* 1776; — RICHTER's *chir. I*

nervorum et vasorum sanguineorum, ideoque cardiam et pylorum [6]). Hîc quoque inflam- alea plena [7]). Vulnera per sclopeti ictum omnium periculosissima [8]).

. Idem de *gastritide a venenis*, ventriculum entibus dicendum, inprimis si venena jejuno ore et liquida ingesta fuerint, sique aut vo- spontaneus aut recta et promta medela*) non habuerint. G. a venenis.

. Recta autem et promta medela in omni tide maximi momenti est. Item *status aegri edens*. Graciles enim, cachectici, visceribus minalibus, praesertim hepate, labefactatis in- ii, ingruenti inflammationi ventriculi difficul- esistunt, et, si pro tempore resistunt, *reliquiae* P. aliar. gastrit.

oth. B. 10. p. 203. *B.* 13. p. 460; — Dürr de ventri- li vulnere egregie curato specimen. Lips. 1790; — W. ott in *medical communications. T.* 2. 1790; — Thom- *Beobachtungen aus den brittisch. Militairhospitälern in lgien.* p. 87; — Fodéré *traité de méd. légale. T.* 3. p.); — Larrey *medic. chirurg. Denkwürdigkeiten.* p. 430; Jobert *mémoire sur les plaies du canal intestinal. Paris* 26. p. 23. Cfr. B. Travers in *Edinburgh Journ. of dic. science. Jan.* 1826.

elpeau *traité d'anatomie chirurgicale. T.* 2. p. 186; — yfelder l. c.

Ventriculi orificium si occupat inflammatio, periculo- sima est, et, ut Forestus dicit, Jovis filii dicendi sunt i evaserint" (Fr. Hoffmanni diss. cit.).

eyfelder l. c.

üller de arsenici vi cito infracta. Ephem. acad. nat. r. cent. V et VI. p. 76; — Roget *a case of recovery m the effects of arsenic.* in *chir. transact. Vol.* 2 p 137.

quiae phlogoseos, saepe morbo ipso pejora, ı ximine timendae. De hisce reliquiis, videlicet ventriculi suppuratione, adhaesione morbosa, stula, perforatione etc., in capitibus sequentil Hîc tantum de exitu gastritidis in sanitatem et mortem.

Resolutio. 5. *Resolutio* sperari licet (ne amplius de satione caussarum excitantium loquamur), ubi a conamina symptomatibus, praesertim ardori v triculi et vomitui cito frenum injiciunt; ubi a riae inde dilatantur, pulsusque insurgit; ubi gua ex sicca et rubra, humida et alba evadit; facies ad pristinum statum redit; ubi febris, ses indoli propriae accommodatas molitur; p sertim per fluxum haemorrhoidalem, sudor urinam, alvum; et ubi podagra aut fugatae qu dam eruptiones cutis, iterum in conspectum niunt.

Gangraena. 6. Communissimus, quid quid dicatur[9]) aliquando cum marcore ventriculi[10]) confu gastritidis, saltem acutae, exitus, est *gangra* Occupat ea ventriculum nunc totum, nunc parte, veluti anthrax. Ibi denunciatur a ce tione subitanea dolorum et a mentis sereni (medicos inexpertes saepe ita in errorem du tibus, ut in ipsa agonia salutis spem jactare i pi

9) Annesley (l. c.) contendit, gangraenam non tam quentem, ac vulgo creditur, sistere gastritidis exitu

10) Richerz observatae viscerum abdominalium tabis vem epicrisin. Lugd. Bat. 1757. p. 12. Ventriculus celo correptus. Cfr. Cap. XXV. §. XCIX.

), a conversione vomitus in placidam eructa-
m, a singultuosa ventriculi et diaphragmatis
ulsione, a potus sonoro in ventriculum de-
u, a meteorismo, a facie hippocratica, ab
rum caligine, a pulsu myuro, extremitatibus
lis sudoreque viscido coopertis. — In gan-
na ventriculi partiali, mors quidem minus est
eeps, sed, subsequente ocyus serius perfora-
ventriculi[11]), aequo pacto inevitabilis.

§. XCIV.

C u r a.

II. Ad res deglutitas, priusquam ventriculi in- C. g. a de-
nationem gignere valeant, hoc ex viscere, glut. gene-
vomitu spontaneo rejiciantur[1]), eliminandas, ratim.
modi excogitati fuere[2]). Nos vero, si aga-
antum de osse, acu, clavo, moneta, frustulo
o, volumen unius alteriusve pollicis non ex-
ceden-

Cap. XXVII. §. CIX. 1. Cfr. Richter's *chir. Biblioth.*
. 12. *St.* 23. p. 301.

De moneta sic rejecta vide Ephem. acad. nat. curios. dec.
. ann. 9. p. 49; — deque acubus, Sandifort *Bibliothek.*
. 2. p. 729 (citatur a Bleuland op. c.).

Num artificio de quo, ex *American medical recorder.*
ly 1823. p. 581, diaria Germaniae, sequentibus verbis,
tionem reddiderunt, fides tribuenda sit, nec ne, non au-
eo definire. „*Glückliche Extraction eines Angelhakens*
us dem Magen eines Kindes: Der Wundarzt machte eine
effnung durch eine Büchsenkugel, zog den Faden des Ha-
ens durch dieselbe, liess ihn von dem Kinde hinunter-
chlucken, und zog dann den Angelhaken mit dem Faden
eraus, da die an dem letzteren befindliche Kugel jede Ver-
tzung verhütete."

cedentibus, imparatâ quiete, injectis crebro cl steribus emollientibus, exhibitis pulte cum buty oleo, albumine ovorum, et, si indoles metalli d glutiti non sit venefica ventriculusque indole acido sulphurico aqua diluto [3]), rem caeter naturae committimus *). Longe enim tutior est il rum corporum evacuatio per intestinorum tract adjuvante motu peristaltico, quam per opposit licet breviorem viam ope *emetici*. Interdum men fortunam audaces juvasse legimus [4]). — C

pc

3) Antiquam hanc methodum haud dudum profuisse, in F FELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 1825. *Septemb.* p. legitur. — Interea pulchre ait SANDIFORT (l. c. *B.* 7 250); „*die Säuren gefallen mir nicht, die Thebesäus einem Manne nehmen liess, der einen Gulden verschl hatte, obschon die Zufälle schwanden, ohne dass das ober- oder unterwärts abgegangen wäre. Die Metalle l nen ohnstreitig im menschlichen Magen nicht so sicher gelöst werden, als in einem chemischen Gefässe.*“ — pater meus, Ticini, pro milite, qui os sat conspicuum vecinum deglutierat, usum *aceti* suasit. Quum vir sat diu incolumis vixerit, omnes de solutione ossis in acido persuasi erant, quando exorto inopinate dolor anum os immutatum ibi in conspectum venerit!

*) Ad minimum triginta casus acuum deglutitarum obvenerunt, et semper corpus delicti, ocyus serius, alvum feliciter secessit. Similia testatur SANDIFORT (p. 119).

4) Apud FRORIEP (*Notizen aus dem Gebiete der Natur- Heilk. B. 4. No.* 2. p. 32) legitur de viginti quatuor bus, exhibitâ solutione ex quatuor granis tartari eme subito superbibendo albumen sex ovorum, sub fo massae coagulatae, vomitu rejectis.

ı praemagna, et pro evacuatione, qualicunque um via, haud idonea, quo primum gastritidis culum minantur, *gastrotomia*[5]) abigenda. Sic iter e ventriculo extracti dicuntur, culter[6]), a[7]), penicillus[8]). Pro venenis liquidis inge- aut, denegata jam deglutitione, diluendis, aut ntriculo extrahendis, nuper *antlia* dicta *sto- iica*[9]) inventa est[10]). Eam adhibendi nec- dum

A Graec. *γαστὴρ*, venter, ventriculus, et *τομὴ*, incisio. ide Richter's *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 4. *ap.* 9. §. 318.

„Daniel Schwaben *a incisé le parois antérieur de l'ab- omen dans la région épigastrique, et ouvert l'estomac, our retirer un couteau, qu'un paysan prussien avoit valé*" (*Mémoires de l'acad. de chirurg. Vol.* 1. p. 590).

Cayroche *a fait la même opération à une femme, qui voit avalée une fourchette d'argent* (*Journ. général de édec. franç. et étrangère. Janv.* 1820. p. 87).

Ex linteis carptis, ad ulcus faucium illiniendum adhibi- us, fortuitoque deglutitus (Papillon ibid. p. 45).

Anglic. *stomach-pump*; Germanic. *Magenpumpe.*

Jukes *Apparat zur Fortschaffung verschluckter Gifte aus em Magen.* Ex *London medical repository*, in Froriep's *otizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 4. *No.* p. 45; — Ibi (*B.* 9. *No.* 6. p. 87) etiam instrumentum quo sermo est, tabula aenea excusum invenitur. Legi eo potissimum meretur: *Description of* Read's *Patent omach-pump* (venditur Londini. *No.* 35. *Regent circus cadilly*); usus (p. 5) *extracting poison from the stomach;* - (p. 10) *transfusion of blood from the vein of one per- n into that of another without atmospheric communica- ons*; — (p. 14) *drawing urine and injecting the bladder;* - (p. 16) *female injection;* — (p. 17) *drawing the breast.* Dr. Jackson (*American medical recorder* 1823. *Vol.* 6.

dum nobis se obtulit opportunitas. Utinam anti-quioris, eodem circiter scopo dicati instrumen(penicillus aut *repurgator stomachi*[11])) non habe illa sortem, cui scilicet instrumento, medici, rationes sat obvias[12]), valedicere debuerunt.

2. I

April) miratur inventum antliae stomachicae tribui domi JUKES, quum illud doctori PHYSICK tribuendum sit. Virtus novi instrumenti praecipue exemplis, ubi ad la danum liquidum e stomacho abigendum inservierat, co firmatur a FERRAL (*The London medical repository*. 129. *Sept*. 1824), EVANS (ibid. *No*. 141. *Novemb*. 182 BRICE (*The Edinburgh medic. and surgic. Journ. Janu* 1828), PÜLTNEY (ibid. *April*. 1828), BARDLEY (ibid. 97. 1828), MOORE (*New-York medical and physic. Jou* *No*. 3. 1827), LEE (ibid. *No*. 4. 1828), uti praeterea dere est in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* p. 1 *et* 745. *B*. 37. p. 88. Vide quoque HUFELAND's *Jou der pr. Heilk*. 1827. *August*. p. 129.

11) GERMANICE *Magenbürste*, *Magenräumer*. Vide: BA THOLINUM histor. anat. cent. V. hist. 26, et epist. III. 52; — BOETIUM *Beschreibung des Magenräumers. Le* 1711; — WEDEL diss. de Excutia ventriculi. Jenae 17 et TEICHMEYER diss. de novo instrumento: repurga ventriculi. Jen. 1713, in Actis eruditor. supplement. T. sect. IV. p. 183; — WOLF *gründliche und vollständ Description der sonderbaren und curiösen Magenbürste*; MÜLLER de ventriculi excutia lignea. Leob. 1741.

12) „Caussam applicationis difficilioris hujus instrumenti, negatique ejus in stomachum ingressus, ut longis addu mus verbis, opus non est, cum ea evidens sit atque cl Difficilis enim aditus dubio procul a constrictione et spatura oesophagi, ab hactenus crebra per remedia a facta earum irritatione exorta, ortum ducit suum" (SCHN DER diss. de polypo oesophagi vermiformi; in HALL disput. T. VII. No. 248).

'. Interea deglutito veneno ventriculum ero- , nihil restat, nisi aut vomitum sponte inde ı potu copioso aquae fontis tepidae promo- aut illum absentem auxiliis mechanicis (di- ·el plumis fauces irritando, et manu regio- epigastricam comprimendo), seu denique o excitare [13]). *Radix ipecacuanhae* [14]) vel *is zinci* [15]), anteponi hîc debent *tartaro eme-* quippe venenum facile ad intestina ducente. potestas veneni debitis *antidotis* frangenda. a *arsenicum* quondam *hepar sulphuris* [16]) ma- commendabatur [17]). Quum autem arsenias ıris sic ex connubio arsenici et hepatis sul- ; orta, vi venefica haud destituatur [18]), va- ırunt medici hodierni tali, nauseoso ac a pluries sine successu adhibito, antidoto. agis hinc exultabimus si virtus *magnesiae* [19]), *po-* C. g. a quibusd. venenis.

Qq 2

ecens casus, effectum emetici adversus veneficium ab enico demonstrans, legitur in GERSON's *Magaz.* citat. *v. Decemb.* 1831. p. 539.

ıd drachmam semis.

d grana decem in unciis tribus aquae, binis vicibus.

ulphuretum potassae aut calcis.

NAVIER *contrepoison de l'arsenic, du sublimé corro-* etc.

ORFILA in *Archives générales de méd. Mars* 1829.

HANDEL *observation sur la recette (magnesia) contre l'ar-ic, insérée dans le journal d'agriculture et des arts du artement des Hautes Alpes du* 1. *Sept.* 1807, in *Annuaire la sociét. de méd. du département de l'Eure* 1808. p. 44; *Annales de la soc. de médec. prat. de Montpellier. T.* 17. *t. T.* 5. p. 5; — *The London medical and physical Journ.* FOTHERGILL *T.* 46. 1821. *Novembr.*

potassae [20]) et *carbonis quercini* [21]) adversus *ar*-*nicum*; si illa *albuminis* [22]) et pulveris *carbo* *vegetabilis* [23]) contra *mercurium sublimatum corr*-*sivum*; si illa *aquae calcis* ad debilitandum *acid* *oxalycum*, sique illa *sacchari in frustulis* [24]) *aquae* cum *albumine* [25]) ad extinguendam *acru*-*nem* confirmabuntur.

Contin. argument. 3. Non autem solum cum venenis, sed sim cum *effectibus illorum* in ventriculum pugnand est. — Ipse aegroti adpetitus et sensus indicabu num ad irritationem ventriculi sedandam, *aq* frigida, seu tepida, *lac* dulce aut acidulum, *m*-*cilago* [26]) aut *oleum* [27]) adhibenda sint. Porro e

P

20) Ch. W. Hufeland de arsenico deglutito et sale ve tabili egregio ejus antidoto. Nova acta nat. curios. T p. 150.

21) Serane *lettre sur l'efficacité du charbon de chêne* *dans l'empoisonnement par l'arsenic. Annales de la soc* *méd. prat. de Montpellier. T.* 35. p. 193.

22) Orfila opere cit.

23) Froriep's *Notizen. B.* 33. *No.* 1. p. 16.

24) Gallet *observation sur les bons effets du sucre co* *l'empoisonnement causé par l'oxide du cuivre. Annale* *la soc. de méd. prat. de Montpellier. T.* 1. *P.* 2. p. 46; Orfila op. c.; — *Bulletin des scienc. médic. Juillet* 1 p. 123; — Büchner *Repertorium für die Pharmacie. B.* — Postel ex *Journ. de pharmacie* in Froriep's *Noti* *B.* 35. *No.* 11. p. 169 et *considérations toxicologiques* *l'emploi du sucre dans les empoisonnements par acétat* *cuivre. Thèse. Paris* 1832; — *Gazette médic. Janv.* 18

25) *Bulletin des scienc. médic. Mai.* 1829. p. 247.

26) Leo (*Magaz. für Heilk. und Naturwiss. in Pohlen.* 1 *B.* 1. *Heft* 1. p. 103) mucilaginibus seminum cydonio

ora ventriculi absorptionem venenorum impere dicatur [28]), methodo, qua sanguis ab illo re revellitur, adhuc standum. Itaque *venae* e brachio celebranda, et *hirudines* ad epiium applicandae; minus tamen sanguinis exendum, quam si morbus recta via a plethora eret.

4. Tunc etenim, sicuti in omni *gastritide inmatoria*, etsi extremitatum frigus, motus convi, et pulsus parvus missionem sanguinis condicare videantur, nihilominus *vena* audacter m iterumque secanda est [29]). Nec *hirudinibus* C. g. caeterarum.

salep, vim peculiarem adversus mercurium sublimatum rrosivum tribuit.

Oleo caeterum locus esse minime posset, si cantharides eglutitae fuissent, nam solvuntur inde magisque et ideo ericulosae evadunt (Froriep's *Notizen. B.* 4. *No.* 7).

Vernière *mémoire relatif a des procédés thérapeutiques ès-simples et applicables à tous les empoisonnemens, lû à cad. des scienc. du* 4. *Avril* 1828.

Venae sectionem veteres, ubi partes nerveae ac fibrosae flammatae erant, quas *frigidas* dixerunt, uti vesica, ae urinariae, intestina non admiserunt; cum illae spaicis et vehementibus stricturis paterent, et uberiorem nguinis affluxum non admitterent. Restringit igitur et r. Hoffmannus (op. c. T. II. sect. II. cap. 3) venae ctionem in gastritide ad corpus valde plethoricum, juenile et vini potui adsuetum, inprimis si ira praegressa. venae sectione abstinendum esse monuit Quarin (meiod. med. inflammat. p. 534) ubi pulsus in gastritide deilis, inaequalis, convulsiones, syncope, deglutitio sonora nimadverterentur. Neque Cullen (l. c. §. 403) venae ctionem admittit in erysipelacea inflammatione ventri-

bus tam ad anum, quam ad epigastrium parcendu[m]. Hîc quoque *cucurbitulae* tam *siccae*[30]) quam *sc[a]rificantes* adhiberi queunt. Majori cum caute[la] sanguis in *gastritide rheumatica* et *catarrhali* d[e]trahendus, sed certe quo recentior morbus eo m[i]nus ejus evacuatio negligenda. Provectiori morbo ad *methodum diapnoicam*[31]) deveniendu[m]. Potissimum autem remedium *vesicatorium* largu[m] stomachi regioni admotum, sistit. Simul *calom[el]*

[...]culi in febribus nervosis. „Huic quidem CULLENII asse[r]tioni, inquit J. P. FRANK (in schedis suis) in totum a[s]sentio; sed certe non in *vera* ventriculi inflammatio[ne]. Sub pulsu filiformi, et manibus subfrigidis, cum fel[ici] eventu venam aperui marchioni Cusani, ac similiter i[n]cessi in clinico Ticinensi, ubi nullus auditorum credid[is]set virum ex ventriculi inflammatione quasi moribundu[m] servari posse, quem tamen venaesectio ex orci faucil[bus] eripuit. Pulsus nempe emisso sanguine mox plenior re[d]ditur atque tunc saepe novae venae sectionis compa[ret] necessitas. Ubi gangraenae jam signa urgent, tunc ce[rte] nemo prudens ad venaesectionem confugit.“ — Non m[i]neri satis queunt medici, ait RICHTER (*chirurg. Biblio[th.]* *B.* 6. *St.* 4. p. 693), ne ob pulsum debilem et parvu[m], qui tamen saepe in intestinorum (et ventriculi) inflamm[a]tione observatur, venae sectionem negligant. „Ubi sci[li]cet *dolor permanens* in his visceribus, ventriculo, intes[ti]nis, cum pulsu frequente quamvis exili locum obtin[et], nullum tempus perdendum, et vena liberaliter secanda e[st] donec pulsus exsurgat.“ — Exstat (*Edinburg. Versuche.* [B.] 1. *No.* 29) historia aegri ventriculi inflammatione cu[m] hydrophobia laborantis, undecim tandem venaesectionib[us] restituti.

30) ZACUTUS LUSITANUS praxis admirabil. lib. III. obs. 25.

31) HASENOEHRL historia trium morbor. p. 51. 59.

s est[32]), inprimis si alvus *clysteribus* (omni bi stadio accommodatis[33])) segnis sit, aut ver- lateant. Inter reliqua *purgantia, oleum ri-*[34]) et *sal amarum*[35]) eminent[36]). — Num *ritidi biliosae* opponi posset *emeticum* quaeri- Opponi utique posset si certum foret, mor- revera a bile aut a saburris ortum trahere. ubi et quando talis habetur certitudo? Et quot cula ab errore*)! Nec multum nostro in morbo rior est usus *opii*[37]) et *camphorae*[38]). Optimum

) Quaque hora ad grana duo, tria. Majores adhuc doses commendat VIEWEG in *Annalen der Heilkunst.* 1811. *Mai.* p. 427.

) Antiphlogistici scilicet ex decocto hordei cum nitro.

) R. Olei ricini, mucilaginis gummi arabici, syrupi al- thaeae ââ unciam unam. Misce affundendo sensim sen- simque aquae communis uncias sex. Misc. cap. quaque hora unciam.

) Omni jure PRINGLE (*von den Krankheiten einer Armee.* p. 153) in gastritide ac intestinorum inflammationibus, inter alia remedia lenia, solutionem salis cathartici in aqua laudavit: cum ventriculus hanc solutionem saepe re- tinere soleat, cum omnia caetera rejecerit.

) Certe solum fracto jam inflammationis impetu; prius enim nocent, ut inter alios FORESTUS (lib. IV. obs. 31) et FR. HOFFMANNUS (diss. c. p. 253) docuerunt.

Vel ipse SYDENHAM (opp. sect. II. c. 2. p. 153) fassus est, se hunc facile lethalem in arte errorem commisisse. Etiam ANNESLEY (l. c. p. 588) ab emeticorum in gastriti- de usu alienus est.

) Ait quidem FR. HOFFMANNUS (diss. cit. p. 233), „pru- dentis potius medici est antispasmodicis rem agere;“ ast summus vir hîc aperte a hypothesibus suis de spasmo ob-

mum enim spasmorum ex gastritide pullulantium auxilium methodus est antiphlogistica. Interea methodo hac jam plane exhausta, ad cardialgiam et vomitum superstitibus compescendos, praeter *haustum antiemeticum* Riverii[39]) saltem *clysteres cum opio*[40]) adhiberi possent. Nec nocebit regionem epigastricam *spongiâ aqua tepida imbutâ*, aut *cataplasmate anodyno*[41]) fovere. *Balnea tepida*, nisi gastritis cum enteritide connubium iniverit[42]), nobis vix indicata videntur. Contra maximi facimus *pediluvia* cum *farina sinapis* aut *cineribus*, ubi inflammatio ventriculi cum *arthritide* nexum habet[43]).

C. g. chronicae. 5. Quum *gastritis chronica*, acutae instar, diversam indolem agnoscat, diversam quoque pro

re

caecatus fuit. „Vitanda sunt paregorica, inquit Quarin (l. c. p. 356); tum quia hoc in morbo nonnullis emesis cietur inde, tum quia in inflammatione opium non convenit."

38) Bang in Act. R. soc. med. Havniens. Vol. II. p. 79; — Ranoe ibid. Vol. III. p. 247.

39) Si vomitus continuet, quin noxia excernantur, jubet Selle (medic. clinic.), praeter vesicans regioni epigastricae imponendum, mixturam antiemeticam Riverii exhiberi.

40) Opiata remedia primis morbi diebus et Cullenius (l. c. §. 395) rejicit, ut quae vel ipse jam rejicit stomachus; sedato vero illius impetu, et recurrentibus per intervalla tantum doloribus atque vomitu in *clystere* cautius data opiata, subinde utilia fuerunt.

41) Bang l. c. Vol. I. p. 94.

42) Uti in marchione Cusani.

43) P. IV. Vol. I. sect. I. cap. de arthritide.

ata, medendi methodum exposcit. Methodo phlogistica, ulceribus artificialibus ad epigam, jam nihil praestantibus, *latens* verisimili- *exulceratio*, omnem medentis attentionem exit, potius ne intempestiva remedia adhibeat, m quod ad specifica recurrat. Levamen nuimus malorum a *diaeta lactea*, et ab *opio* culo mucilaginoso suppeditato. Gratulamur qui hac sub rerum positione *solutionem arii* (bone Deus!), *nitratem argenti*, *galvanis-*[44]), cum successu adhibuerunt. Nos nec *iti plumbi* nec *sulphati ferri*[45]) laudem imire possumus.

Caput

ANDRIEUX vid. BEHREND *Repert. der med. Journalistik es Auslandes* 1833. *April.* p. 90.

Sequens formula laudatur ab ABERCROMBIE (l. c. p. 64): . Sulphatis ferri grana duo. Aloes granum unum, pulveris aromatici grana quinque. Misc. cap. ter de die ulverem.

Caput XXIV.

De suppuratione et fistula ventriculi ejusdemque adhaesionibus morbosis.

§. XCV.

Notio. Literatura.

Notio. 1. Ex gastritide nasci potest *abscessus substantiae ventriculi*[1]), qui abscessus, nisi jam per se mortem inducat*), vario modo rumpitur, tuncque aliquando cicatrices, longe autem saepius ulcera relinquit.

Literatura. 2. Sic, praeter proprias, testantur observationes Zacuti Lusitani[2]), Valesci de Taranta[3]) Foresti[4]), Borelli[5]), Blancardi[6]), Sandii[7]) Eyselii[8]), Sporingi[9]), Lieutaudii[10]), Halleri[11])

1) Vomica, seu apostema ventriculi. Hectica stomachica.

*) Cap. XXVII. §. CIX. 2.

2) Medicin. practic. histor. lib. II. obs. 5.

3) Philonium pharmaceuticum et chirurgicum de medendi corporis humani affectibus. Francf. 1688. Cap. de apostemate ventriculi.

4) Observ. lib. XVIII. obs. 32.

5) Observ. med. phys. cent. I. obs. 54.

6) Collect. med. phys. cent. IV. No. 61.

7) Rarus ventriculi abscessus. Regiom. 1701. in Halleri disput. ad hist. et curat. morb. pertinent. P. III. No. 78.

8) Diss. scrutinium apostematis ventriculi in puella novem annorum observati. Erf. 1703.

[11]), Layardi[12]), Vandermondei*), Godoti[13]), theaui[14]), Stollii[15]), Collow**), quas scri-es de *ventriculi phthisi*[16]), ulcere et perfora-e[17]) collegerunt locupletaruntqu

§. XCVI.

Symptomata. Necroscopia.

1. *Symptomata* conspicui abscessus ventriculi Symptom. , dolor epigastrii, nausea, anxietas, vomitus c inanis, nunc materiae puriformis, cruentae, mento haud absimilis, a victu, licet tenui, liores; porro horrores pomeridiani, calor et us horis vespertinis aucti, sudores nocturni, a cum sedimento puriformi, emaciatio cor-s, extremitates superiores et inferiores, nec non

Acta literar. Suec. 1733.
) Histor. anatom. med. lib. I. obs. 28.
) Opuscul. pathol. obs. 27.
) *Philosophical transact.* No. 495. Vid. *Hamb. Magaz. B.* 10. 1753. *St.* 3. *No.* 5. p. 280.
Samml. auserl. Abhandl. aus der Arzneyk. B. 1. p. 21.
) *Journ. de médec. T.* 40. p. 145.
) *Journ. de médec. T.* 71. p. 426. Vid. Hufeland's *neue Annalen der franz. Heilk. B.* 1. p. 225.
) Rat. med. T. 1. p. 286.
) *The London medical and physical Journ. August.* 1824. No. 306. Cfr. Froriep *Notizen. B.* 8. *No.* 20. p. 316.
) J. A. Erhard diss. de phthisi gastrica. Erf. 1719; — Anonymus de tabe stomachica in Actis erudit. Lips. ann. 1714. p. 182; — L. W. Arnold diss. de hectica stomachica. Altd. 1734; — H. F. Kleuden phthiseos ventriculi pathologia. Bonnae 1820.
) Capit. XXVII.

non facies oedematosae. Observatus quoque fuit tumor regionis stomachi, ab initio valde dolens, sensim sensimque indolens redditus, tactuque percipiendus [1]), cum dolore ab aure sinistra in sinistrum hypochondrium instar sagittae delabente [2]), haecque omnia post gastritidem crisi debita destitutam.

Necroscopia.

2. Qui ante ruptionem *abscessus* demortui sunt, exhibuere: pus inter membranas ventriculi, ponderis interdum librarum medicinalium septem [3]), octo [4]). Aliàs abscessuli dumtaxat parvi, veluti pustulae, in conspectum venerunt [5]). Membranae ventriculi, abscessui contiguae plerumque normales, aliquando vero aut incrassatae aut tenuiores [6]).

Saepe

1) Sand l. c. („Tactu malum exploraturus ego, latum digitum circiter ab umbilico, hypochondrium sinistrum versus, deprehendi tumorem durum pugni magnitudine, quem compressi quantum poteram (renitebatur enim) interrogans, num doleret; ad quod aeger respondit se compressionem quidem sentire, facile tamen ferre, talesque dolores (si dolores dicendi) parvi pendere, cum vehementia longe non accedant ad immanes istos quos ante hac esset perpessus imo ut decuplo (ut loquebatur) istis sint minores").

2) Ibid.

3) Collow in *The London medical and physical Journal. August* 1824. *No.* 306. p. 128.

4) Sand l. c.

5) Bartholinus histor. anat. rar. cent. III. hist. 92. T. II. p. 185; — Lobstein diss. de nervo ad par vagum accessorio. p. 40. in Ludwigii scriptor. nevrol. minores. T. II.

6) Baillie *krankhaft. Bau* etc. *von* Soemmerring *übers. mit Anmerk.* p. 73.

pe pus ex abscessu vario pacto rupto, in vi-
a cum stomacho concreta irruit, subsequenti-
illorum viscerum ulceribus et perforatione [7]).
nobis aliisve obvenerunt (ne iterum de ven-
ulo capsulâ incluso aut bipartito loquamur [8]))
udomembranae stomachum cum peritonaeo,
ento, diaphragmate, intestino colo, hepate,
create, liene, connectentes; idque ex recipro-
illorum viscerum praeviis inflammationibus [9]).

§. XCVII.

Caussae. Diagnosis.

1. Gastritidis in suppurationem transitum in- Caussae.
unt neglectus debitae medendi methodus, im-
entia artis, caussam inflammationis abigendi,
non peculiaris quorundam aegrotorum ad ab-
ssus dispositio.

2. Ad *diagnosin* itaque, semper arduam [1]), Diagnosis.
essus ventriculi instituendam, notio requiritur
morbi quam curae praecedentium, nec non
stitutionis aegroti. Multum quoque lucis affert
ditio febris hecticae, utpote quae in hoc no-
morbo (nomine *phthiseos ventriculi ex vomica*
tando) mature ingruit et valida est, quum in
teris phthiseos ventriculi speciebus [2]) sero evol-
vatur

Cap. XXVII. 8) Cap. XV. §. L. No. 2. 3.
§. XCVIII. No. 3.
„Ventriculi vomicae inter medias ejus tunicas aliquoties
latent, et diu quidem, donec lento fato conficientes, de-
mum cognoscantur" (Klein Interpretat. clinic.).
Cap. XXVI.

vatur parumque manifesta. Interea id solum de *magno* ventriculi abscessu intelligendum, certe non de *minimo*. Hic enim diu sine conspicuis incommodis latere, ac, excitato ulcere, membranas ventriculi perforante, morti improvisae ansam porrigere posse, alibi indicabitur*).

Continuat. argument. 3. Deest plane febris hectica, ubi agitur de simplici *ventriculi cum partibus contiguis nexu morboso*, quem suspicamur, si convalescens ex gastritide pristinam quidem sanitatem iterum acquirat, ast doloribus epigastrii et vomitui post pastum nisi omnem, saltem solito lautiorem, obnoxius evadat, haecque mala tempori et pharmacis, aliàs sensui morbòso ventriculi a gastritide relicto auxilium afferentibus, rebellia sint. Symptomata quoque expectari debent, ex visceris cum ventriculi concreti passione emergentia.

§. XCVIII.

Prognosis. Cura.

Progn. generatim. 1. Quodsi nobis inter dùo illa mala, vomicam videlicet ventriculi et ejus cum partibus contiguis nexum morbosum eligendum foret; vomicam eligeremus, utpote saltem aleam rupturae in cavum stomachi, et eliminationis puris per vomitum aut alvum, cum *cicatricis*[1]), plus minusve firmae spei, relinquens.

2. Et

*) Cap. XXVII. §. CIX. 2.

1) De cicatricibus internae praesertim superficiei ventriculi testantur Schenk lib. III. sect. I. obs. 126; — Forestus lib. XVIII. obs. 33; — Layard l. c.; — Haen praelect. in instit. patholog. Boerhaavi. T. IV. p. 116; — Kade

2. Et alter adhuc exstat, haud lethalis, ab-us ventriculi terminus. Loquimur de *fistula* ·iculi [2]), quae nascitur, ubi orta adhaesione mor- Fistula ventriculi.

e morbis ventriculi p. 19. obs. 4. Tab. II. fig. D. et EIL's *Archiv für die Physiolog. B.* 4. p. 381; — *Rapport le la sociét. anatomiq. de Paris* 1832. — CRUVEILHIER *natomie pathologique du corps humain Xème livraison. Planch. VI. fig.* 4.

[De hoc affectu, etiam vulnerum ventriculi sequela, ob-ervationes tradiderunt: P. BORELLUS observ. phys. med. ent. I. obs. 66; — Miscell. german. Vol. III. cas. 3. p. 70; — DUVERNEY *Mémoir. de l'acad. des scienc.* 1704. p. 7; — ATKINSON ibid. p. 28; — LITTRE ibid. p. 30; — 'ETIT ibid. 1716. p. 312; — VAN WY *Verhandl. van het Jtregtsch Genootsch. D.* 2. *Bl.* 443; — SCHURIG chylolo-ia. p. 437 (arborem ex fistula ventriculi pullulasse re-ert!); — ETTMÜLLER diss. de vulnere ventriculi. Lips. 730, in HALLERI disput. chirurg. T. V. No. 163; — A. WENKER diss. sistens observationem rariorem de virgine entriculum per viginti tres annos perforatum alente. Argent. 1735; — Cfr. *Journ. des sçavans. Août.* 1737; — SWIETEN comment. in H. Boerhaave aphor. T. III. §. 955; — GODOT *Journ. de méd. T.* 40. p. 145; — CIRCAUD *Journ. le physique et de chimie. an IX. Thermidor;* — PERCY in *Journ. de méd. chir. et pharmac. Vol.* 3. p. 510; — BUR-ROWES *account on a fistulous opening in the stomach*, in *Transact. of the Irish acad. Vol.* 4. p. 177, et, *medical facts and observations. Vol.* 5. *Lond.* 1794; — OLBERG in REIL's *Archiv.* cit. *B.* 4. p. 380; — CORVISART et LE-ROUX *observation sur une fistule de l'estomac, par laquelle on voyait l'intérieur de ce viscère. Bulletin de la soc. Phi-omat. an. X.* p. 86. Cfr. PFAFF *u.* FRIEDLAENDER *fran-zösisch. Annalen für die allgem. Naturgesch. Heft* 4. *Hamb.* 1802. p. 70; — HELM *Geschichte einer übrigens gesunden Person mit einem von aussen sichtbaren Loche im Magen;*

morbosa superficiei anterioris hujus visceris cum peritonaeo, pus sibi viam parare potest, per membranam istam, per musculos abdominales, per integumenta externa, et aliquando per umbilicum[3]). Mirandum prorsus spectaculum illud *foraminis*, pollicis et ultra circumferentiae, aditum digito exploranti ad ventriculum, et exitum cibis concedentis, idque in homine caeterum sano*)!

Alii exitus.

3. Abscessu ventriculi in partibus hujus visceris efformato, quae cum hepate[4]), pancreate[5]), liene[6])

in *Gesundheits-Taschenbuch für das Jahr* 1801. *Wien*; — Idem, *zwei Krankengeschicht. Wien* 1803. *Mit* 1. *Kupf*. p. 1.; — Jos. Lovell in *American recorder*. 1825. *Jan*. (Gerson *Magaz. der ausländ. Literat. der gesammt. Heilk*. *B*. 10. p. 260, et Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B*. 11. p. 218); — Beaumont *expériences sur la digestion faites sur un jeune homme qui avait une ouverture fistuleuse de l'estomac*. Ex *Medical recorder* 1828. *Jan*. in *Bulletin des scienc. méd*. 1828. *No*. 8. p. 312. — J. J. Gomez *decadas medico-chirurgicas y farmaceuticas*. *Vol*. 2. p. 249.

3) Klein in Act. acad. nat. curios. Vol. X. p. 248.

*) Ipse aegram de qua Helm narrat, Vindobonae observavi. Vitam illa ultra duodecim annos protraxit, quin unquam menstrua hoc temporis spatio perpessa esset, quae menstrua in casu Wenkeri per ventriculi fistulam locum obtinuerunt.

4) Cortial in *Journ. des sçavans*. 1688; — Bonnet sepulchr. lib. III. sect. 7. obs. 3; — And. Murray in *k. Vetens. academ. Handlingar*. 1779. *Vol*. 40. p. 35; — Stoll *Heilungsmethode*. *B*. 3. *Th*. 2. p. 150; — Soemmerring *Anmerk. zu Baillie* op. c. p. 82; — Braun in *Samml. auserl*

[6]), diaphragmate[7]), intestino colo[8]), omen-, ex praevia inflammatione concretae sunt, eo- disrupto, puris in cavum peritonaei effusio, qua infra[10]), impeditur, ac aeger lenta tabe icitur. Impeditur quoque illa effusio a sacco eudomembranis constructo[11]).

4. „Non

Abhandl. f. pr. Aerzte; im Auszuge von KOCH B. 7. p. 22; — REIL l. c. B. 4. p. 382; — C. J. KEPPELHOUT ection. cadav. pathol. Lugd. Bat. 1805. p. 19; — *Journ. de médec. de* LEROUX 1815. *Oct.*; — HUFELAND *Journ. der r. Heilk.* 1816. *Aug.* p. 130; — SCHMALZ in *Zeitschr. für ie Natur- und Heilk., herausgegeb. von den Prof. der hir. med. Akad. zu Dresden.* 1820. *B.* 2. *H.* 1; — *Napoleon Bonaparte's merkwürdige Krankengesch. und Leihenöffnung*; — ANTOMARCHI *Denkwürdigkeiten über die etzten Lebenstage Napoleon's, Th.* 2. p. 92; — Cfr. *Napoleon Bonaparte's Krankheit, Tod und Leiche. Nach dem Berichte seines Leibarztes* ARNOTT. *A. d. Engl. Leipz.* 823. p. 25.

STADTHOFER in *tübingisch. Blätter für Natur- und Arzeyk. B.* 2. *H.* 2. p. 183; — REIL l. c. p. 375; — FARRE n *Medico chirurg. transact. Vol.* 8.

CHAUSSIER citatur a J. H. BECKER in memoria cap. XXVII. adicanda. — ZEVIANI in WEIGEL *italien. med. Biblioth. B.* 2. *St.* 2. p. 204; — COZE *Journ. de médec. Février* 790.

LIEUTAUD hist. anat. medic. observ. p. 142.

HALLER opusc. patholog. obs. 23; — ABERCROMBIE l. c. 55.

MECKEL in epist. ad Hallerum. scriptis. Vol. III. — PORAL *cours d'anatomie médicale. T.* 5. p. 201.

Cap. XXVII.

HENNIG in HUFELAND'S *Journ. der pr. Heilk. B.* 25. *St.* p. 130.

ank Prax. III. 7. 2.

Cura.

4. „Non decet pharmacum dari in initio apostematis stomachi . . . vomitus non competit in apostemate stomachi a principio“ [12]). Fortene progrediente morbo? Non putamus: quamobrem totam morbi curam ad potum *lactis* vel ejus *seri*, ad *clysteres nutrientes* et ad *setaceum* vel *fonticulum* circa epigastrium circumscribimus.

Contin. argument.

5. *Cura fistulae ventriculi* ad chirurgiae forum spectat. Ne per tentamina, margines illius, ope inflammationis arte excitatae, uniendi, rem praecipitemus! Aegrota a nobis visa, nec laudata ab aliis [13]) obturatoria fasciasque sustinere potuit; repellebantur nimirum cum dolore ab ipsa ventriculi vi.

Caput XXV.

De ventriculi marcore, hydrope, polypis, induratione et concrementis.

---

§. XCIX.

Variae marcoris ventriculi species.

M. v. gastrit. exitus.

1. Necroscopia docet, ex praevia gastritide membranas ventriculi haud raro ita emolliri, ut friabiles, minima adhibita vi rumpantur [1]). *Spectat itaque marcor ventriculi ad exitus gastritidis* [2]).

2. Ideo

12) Valescus de Taranta l. c. 13) Kade l. c.

1) Cap. XXIII. §. XC. No. 2.

2. Ideo autem non sequitur *omnem marcorem* *riculi* ex praevia inflammatione enasci. Monitum

3. Observatus enim est marcor ventriculi n *post abusum narcoticorum* [3]), *opii* [4]) praeser- et *alcoholis* [5]). M. v. a narcot.

4. Item post scorbutum [6]), anasarca [7]), hy- M. v. a scorb. etc.
Rr 2 dro-

BROUSSAIS opp.; — BILLARD *de la membrane muqueuse gastro-intestinale dans l'état sain et dans l'état inflammatoire. Paris* 1825. p. 408; — LALLEMAND *dell' influenza dell' infiammazione acuta sulla coesione generale dei tessuti;* in OMODEI *annali universali di medicina. Vol.* 26. p. 146; — POHL collectanea sistens de gastritidis morborumque qui eam sequuntur pathologia. Lips. 1822. p. 25; — HUTIN *von den anatomischen Charakteren der Schleimhaut des Darmkanals,* in FRORIEP *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 12. *No.* 8. p. 124; — LOUIS *mém. sur le ramollissement de l'estomac. Paris* 1826. Versio germanica. *Berlin* 1827; — P. S. DENIS *recherches d'anatomie et de physiologie sur plusieurs maladies des enfans nouveaux nés. Commercy* 1826 (auctor perbelle conditionem ventriculi post inflammationem neglectam cum illa corneae post ophthalmias comparat, quae videlicet cornea „*s'amincit, se ramollit et se perfore*").

Hist. de la societ. R. de médecine anneé 1779. *Paris* 1782; — BLUMENBACH *medicinisch. Biblioth. B.* 1. *St.* 3. p. 490; — S. G. VOGEL *allgemein. medic. diagnost. Untersuchung. Stendal* 1824. p. 44.

SPROEGEL experimenta circa varia venena. Goett. 1753. §. 20—21; — TRALLES usus opii salutaris et noxius. Vratisl. 1557. exp. 14; — G. CHR. SIEBOLD comment. de effectibus opii in corpus animale sanum. Goett. 1789.

COLLET-MEYGRET in *Journ. de physique par* DE LA MÉTHRIE. *T.* 55. 1802. p. 427; — JAEGER l. citando.

Dr. FERUS in *Bulletin des sciences médicales. T.* 5. 1825. p. 365.

drocephalum[8]), peripneumonias[9]), morbos lienis*) etc.[10]), et, quod mirum, quin aegri de ventriculi affectione conquesti essent!

M. v. a mort. violenta. 5. Praeterea non solum ventriculi *marcor*, sed et illius *erosio* obvenerunt in *cadaveribus hominum sanorum morte violenta peremptorum*, quod magnum virum[11]) induxit, succo gastrico vim proprium stomachum digerendi (*autopepsia*), adscribere. Opinio ejusmodi etsi a medicis magni nominis[12]) accepta, et experimentis cum cuniculis captis[13]) confirmata, bonisque rationibus[14]) innixa, variis argumentis[15]) refutatur.

6. Ma-

7) Allan Burns l. citando. 8) Jaeger l. citando.

9) Idem. ibid. *) Fleischmann *Leichenöffn. Erlang.* 1815.

10) Cfr. cap. VII. §. XXI. No. 3.

11) Joan. Hunter. Vid. Jesse Foot *the life of John Hunter. Lond.* 1794. p. 100.

12) Baillie *Anat. des krankhaft. Baues. Mit Anmerk. von* Soemmerring p. 79 et *Engravings Fasc. III. Tab.* 7; — Adams *observations on morbid poisons.* Edit. 2da. p. 30; — Allan Burns *observations on the digestion of the stomach after death*, in *Edinburgh medic. and chirurg. Journ. Vol.* 6. 1810; — Carswell *recherches sur la dissolution chimique ou digestion des parois de l'estomac après la mort, suivies de reflexions sur le ramolissement et la perforation de cet organe chez l'homme et les animaux. Revue médicale* 1830. *Mars.* p. 528.

13) J. W. Camerer *Versuche über die Natur der krankhaften Magenerweichung, mit Vorwort von* H. Fr. Autenrieth. *Stuttgart* 1828. *Kap.* 3.

14) 1° mollities in parte majori declivi ventriculi (*grand cul-de-sac*), ubi succus gastricus praecipue colligitur, occurrit; et 2° erosio extenditur (maxime si succus gastri-

6. Maxime vero *marcor ventriculi apud infantes* (*gastromalacia infantum*), medicorum aevi nostri animos movit. Etsi antea non plane ignotus[16]), primum de illo abunde locutus est aulae Stuttgardtiensis medicus JAEGER[17]); quem plurimi secuti sunt[18]). M. v. apud infantes.

§. C.

succus indolem acidam induxerit) ad partes quas ille succus adtingit, e. c. rupto jam stomacho, ad hepar, lienem etc.) 1° quod fame perempti nullam ventriculi erosionem exhibent, et 2° quod erosio in oesophago inque intestinis, quae partes a succo gastrico non adtinguntur, locum obtinere potest.

) De marcore ventriculi jam mentionem injecit A. ARMSTRONG in opere: *an account of the diseases most incident to children. Lond.* 1777. p. 32.

) *Ueber die Erweichung des Magengrundes, oder die sogenannte Verdauung des Magens nach dem Tode*, in HUFELAND'S *Journ. der pr. Heilk. B.* 32. 1811. *St.* 5. p. 1; — *Ueber die Erweichung des Darmkanals.* Ibid. *B.* 36. 1813. *St.* 1. p. 15.

) GISTREN in GADELIUS *schwedische Nachricht.* in HUFELAND'S *Journ. der pr. Heilk.* 1811. *St.* 7. 121; — S. G. VOGEL *Handb. der prakt. Arzneywiss. B.* 6. p. 255 (per transennam cap. de vomitu); — ZELLE diss. in naturam morbi ventriculum infantum perforantis. Tübing. 1818. Germanice in *Sammlung Tübinger Dissersationen von* WEBER. *B.* 1; — MASS diss. in dissolutionem membranarum ventriculi. Hal. 1820; — CRUVEILHIER Ex: *médecine pratique éclairée par l'anatomie et la physiologie pathologique. Paris* 1821; — *Fälle von Magen- und Darmkrankheiten mit gallertartiger Auflockerung bei Kindern. A.* *d. Fr. von* VOGEL. 1823. et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzt. B.* 30. p. 187; et *Anatomie pathologique du corps humain. Xème Livraison planche I. II.* — F. G. GOE-

§. C.

Marcor ventriculi s. gastromalacia apud infantes.

Symptomata. 1. Infantes quorum ventriculi post mortem marcorem cum aut sine erosione patefecerunt, nunc prae-

DECKE diss. de dissolutione ventriculi sive de digestione quam dicunt ventriculi post mortem. Berol. 1822. — RHADES *drey Fälle von Magenerweichung bei Kindern*, in HORN's *Archiv für medicinische Erfahrung* 1822. *Sept. Oct.* p. 266; — KRÜGER *zwey Fälle von Erweichung und Durchlöcherung des Magens bei Kindern.* Ibid. 1824. *Jan. Febr.* p. 107; — WIESMANN *von Erweichung des Magens bei Kindern.* Ibid. 1824. *Sept. Oct.* p. 200; — JOHANN GAIRDNER *Fälle von Kinderkrankheiten in welchen der Speisekanal nach dem Tode zerfressen gefunden worden.* GERSON *Magazin der ausländ. Literat. der gesammt. Heilk. B.* 10. 1825. p. 312, ex *Transactions of the medico-chirurgical society of Edinburgh. Vol.* 1. 1824. *No.* 16; — FR. X. RAMISCH diss. de gastromalacia et gastropathia infantum. Prag 1824; — KRIEG *eine Beobachtung der gallertartigen Erweichung des Magens*, in *Annalen der gesammt. Heilk. unter der Redaktion der Mitglied. der Grossh. Badisch. Sanitätskommission.* 2*ter Jahrg.* 1825. *Heft* 1. p. 75. *Mit Bemerk. des Redakteurs Dr.* TEUFFEL; — L. G. HESSE *die Erweichung der Magens* in PIERER's *allgemein. medic. Annalen.* 1826. *Decembr.* p. 1641; — PITSCHAFT *ein Wort über gallerartige Magenerweich.*, in RUST *Magaz. der gesammt. Heilk. B.* 21. 1826. *Heft* 2. p. 199; — W. C. KUPFER diss. de dissolutione morbosa membranarum tractus intestinorum. Dorpat. 1825; — F. FELS diss. de gastromalacia infantum. Lips. 1827; — C. F. PLETTNER diss. de gastromalacia. Berol. 1827; — E. BLASIUS *zwey Beobachtungen von gallerartigen Magenerweichungen der Kinder, nebst einigen Bemerk. darüber,* apud RUST op. c. *B.* 27. *Heft* 3. p. 453; — NAGEL *über die gallertartige*

aevia morositate et laesione negotii digestionis norexia, malacia, bulimia [1]), alvo irregulari) uncque extemplo [2]), fiebant inquieti, tristes; spuebant intuitum medici; optabant portari, capite antrorsum inclinato; edebant vagitus, ejulasque; patiebantur ructús, vomitum, saepe lactis agulati [3]), cum tussi [4]), nec non diarrhoeam, ecibus viridibus, herboraceis, ovis duris consis similibus [5]), mucosis, serosis, punctis albis otatis, acidum spirantibus, cum tenesmo [6]), depositis; et evacuabant urinam paucam. Corripiebantur a frigore, intercurrente calore excruciebanturque a siti ita inexplebili, ut os continuo ammis admoverent, aut vascula, potum, inprimis aquam frigidam, continentia, avide arriperent, remota, oculis prosequerentur. Pulsus erat illis equens, lentus, subdurus, irregularis; anxietas multa. Exhibebant abdomen non admodum tumi-

Erweichung des Magens, in *Neuen Breslauer Sammlung. aus dem Gebiete der Heilk. B.* 1. 1829. p. 37; — A. LAURENT diss. de destructione gelatinosa ventriculi apud infantes. Berol. 1829; — ROMBERG *einige Fälle von Magenerweich.*, apud RUST op. c. *B.* 30. *Heft* 1. p. 144; — G. F. MOST *ein Beytrag zur Gastromalacie*, in *Beyträge meklenburgischer Aerzte zur Medicin und Chirurg.* 1830. *B.* 1. *H.* 2. p. 30; — *Dr.* ELSAESSER *Beobacht. eines Brechdurchfalls mit gallertartiger Magen- und Darmerweichung*, in *Medicinisch. Correspondenzblatte des würtembergisch. ärztl. Vereins.* 1*ter Jahrg.* 1832. *No.* 27.

1) KRÜGER l. c. 2) JAEGER, RHADES ll. cc.
3) JAEGER l. c. 4) JAEGER l. c.
5) TEUFFEL l. c. 6) WIESMANN l. c.

midum aut durum, epigastrium aliquando attactum respuens [7]), et crura, eorumque praecipue sinistrum [8]), versus ventrem attracta. Exprimebat facies gravem eumque abdominalem morbum [9]). Erant nimirum oculi incavati, rubore erysipelaceo insigniti, et progrediente morbo aut semi-clausi (pupilla sursum conversâ) aut aperti et immobiles. Adparebant labia pallida [10]), stridebantque dentes [11]). Animadvertebantur cita corporis, admodum flaccidi, emaciatio, extremitatum frigus et lipothymiae, inprimis mox absoluto vomitu [12]). Conservabant miseri animi facultates et, dum in soporem incidebant, a minimo licet attactu evigilabantur. Claudebant scenam convulsiones et corpusculi frigus veluti marmoreum.

Necroscopia. 2. In *cadaveribus* sic defunctorum (modo ad putredinem proclivibus [13]), modo ab ea alienis [14])) reperiebatur ventriculus (nisi perforatus) aere distensus, ad fundum [15]), praecipue versus lienem, decolor, ex rubro bruneus, diaphanus, friabilis, et a leviore licet attactu rupturus. Hîc loci membranae veluti in gelatinam seu pultem solutae adparebant atque inter se amplius distingui non poterant. Interdum marcor dumtaxat ad membranam

7) Rhades l. c.

8) Rust *Repertorium. B.* 2. 1824. *Heft* 2. p. 305.

9) Cruveilhier l. c. 10) Jaeger l. c.

11) Cruveilhier, Krüger ll. cc. 12) Cruveilhier l. c.

13) Krieg l. c. 14) Rhades l. c.

15) Rhades l. c.

um mucosam (rarissime ad muscularem[16])) cir-
umscriptus erat. Transitus a parte emollita ad
rtes sanas gradatim[17]) fiebat, plerumque sine
flammationis indiciis. Res in ventriculo con-
ntae odorem acidum spirabant. Illo jam eroso,
ateriae ejusmodi in cavum abdominis, praecipue
omachum inter et lienem, extravasatae reperie-
intur. Erosio amplitudinis quatuor pollicum
ssa est[18]). Intestina[19]), quid quod oesopha-
us[20]), aliquando instar stomachi se habebant.
raeterea illa variis in locis angustiora erant.
landulae mesenterii saepe tumidae, flaccidae,
ppuratae conspiciebantur[21]). Hepar utplurimum
olumine auctum apparuit, vesiculâ felleâ bile
ridi repletâ. Pulmonum pars posterior degene-
ata[22]), sanguine obruta[23]) observata est. Ence-
halum modo congestionem cruentam, modo hy-
rocephalum[24]), modo nihil plane morbosum ex-
ibuit.

3. Phae-

16) Ramisch l. c.

17) Juxta Billaud (l. c.) mollities circumscripta est.

18) Ramisch l. c. 19) Jaeger l. c.

20) Rhades l. c.

21) Cruveilhier l. c. — „*Nie sahe Recensent ein solches Kind öffnen, wo nicht die Mesenterialdrüsen vergrössert und verhärtet gewesen wären*“ (Rust *Repertor. B.* 2. 1824. *Heft* 2. p. 305).

22) Rhades l. c. 23) Jaeger l. c.

24) Brichetbau *observation sur une désorganisation gélatiniforme de l'estomac, avec symptômes d'hydrocéphale aigue (Journ. complémentaire du dictionnaire des sciences médicales. T.* 25. *Cahier* 97. *Juillet.* 1826. p. 57).

Caussae. 3. Phaenomena hucusque allata[25]) apud infantes a mense vitae quarto usque ad annum cum dimidio observata fuere[26]). Sexus differentiam non statuerat[27]). Alii ex stirpe valetudinaria[28]), alii ex sana descenderant. Permulti haud dudum perpessi erant vomitum cruentum[29]), urticariam[30]), morbillos[31]), aphthas[32]); nonnulli tempore quo febres intermittentes biliosae grassabantur, laborarunt[33]). Longe plurimi nutrice destituti fuerant ac modo artificiali nutriebantur[34]). Caussa proxima gastromalaciae locata est in succorum gastricorum indolem acetosam[35]); in praeviam phlogosin ventriculi[36]); in vim paris nervorum

25) No. 2—3.

26) Romberg (l. c.) ex casibus sibi notis sequentem proportionem statuit: A mense primo ad tertium inclusive 6 a quarto ad sextum 17; a septimo ad undecimum 7; ab anno ad duos annos 14.

27) Jaeger l. c.

28) Krüger l. c.

29) Bernstein in *General-Bericht des k. rheinischen medic. Collegiums, über das Jahr* 1827. p. 80.

30) Thaer l. c.

31) Goedecke l. c.

32) Billard *traité des maladies des enfans nouveau-nés* *Paris* 1828. p. 319.

33) Pommer in *Heidelberger klin. Annalen. B.* 2. p. 210.

34) Rationem inter lactantes et non lactantes statuit Romberg (l. c.) ut 1. ad 4.

35) Jaeger l. c.; — Fleischmann *Leichenöffnungen. Erlang.* 1815. p. 22; — Meckel *Handb. der patholog. Anatomie B.* 2. *Abh.* 2. p. 12; — Cruveilhier l. c.; — Spitta *Leichenöffnungen.* p. 322; — Krüger l. c. — Zelle (l. c.) adeo contendit se acidum phosphoricum illis in succis invenisse.

rum vagi fractam[37]) idque praecipue propter
ebri affectionem; in venenum ex ipso corpu-
lo infantis pullulans[38]); in nisum naturae ad
mitivam structuram gelatinosam regrediendi[39]),
ue conflictum inter lienem, hydrogenium ge-
antem et inter ventriculum oxygenium lar-
ntem[40]).

4. Transeant nugae! Nobis interest scire: **Diagnosis.**
um gastromalacia infantum constituat *morbum*
se, utrum sit *effectus morborum diversorum?*
mmissus enim hoc sub respectu judicii error,
iculum portendit, aut civitatis jus aegritudini,
n aegrorum gravi damno et medicorum dede-
re, negandi; aut numerum aegritudinum, ma-
s de prolibus sollicitas terrentium, sine neces-
te augendi. Utrinque judicis conscientia angi-
! — Quum symptomata allata[41]) millies obser-
verimus ubi dentitio, hydrocephalus acutus,
res catarrhales, colica, vomitus cruentus, dy-
nteria, cholera, phthisis pulmonalis, tabes etc.,
antibus proximum interitum minabantur; —
umque necroscopia[42]) doceat, membranarum
machi solutionem in massam gelatinosam simul
m indiciis morborum encephali, pulmonum, in-
testi-

36) §. XCIX. No. 1. 37) Teuffel, Camerer ll. cc.

38) Laisné l. c.

39) Cruveilhier l. c. Haec hypothesis minime non confirmatur ab alio recens natorum morbo scilicet induratione textus cellulosi.

40) Fleischmann l. c.

41) No. 1. 42) No. 2.

testinorum etc. obvenisse; *gastromalaciam infantum nequaquam pro morbo sui generis agnoscere possumus.* — Hac interea declaratione res minime finita est: quin enim gastromalacia morbum per se constituat, magni semper illa foret momenti, si, in morbis quibus supervenit, certis et determinatis symptomatibus cognosci posset. Talia symptomata dicuntur esse: sitis inexplebilis, vomitus, faeces odorem acidum exhalantes, febris, et repentina emaciatio. — Fatemur nos haec morborum infantilium communissima symptomata persaepe observasse, quin in cadaveribus marcorem ventriculi aut alterius visceris detexerimus. Nec desiderantur altera ex parte exempla solutionis gelatinosae membranarum ventriculi in cadaveribus infantum, qui sub morbi curriculo nec sitim[43]), nec vomitum[44]), nec odorem acidum faecum[45]), nec febrem[46]), nec repentinam emaciationem[47]) exhibuerant. Et quid, si phaenomenon de quo agitur (alioquin, propter leges cada-

43) Sitis non solum deerat in Blasii (l. c.) aegrotulis, sed illorum unus, in quo post mortem absolutus solutionis gelatinosae ventriculi gradus detectus fuit, potum adeo respuebat.

44) Apud Krieg et Thaer (ll. cc.) de gastromalacia sine praevio vomitu legitur.

45) Teuffel (l. c.) de faecibus narrat, non solum odore acido destitutis, sed contra alcali spirantibus.

46) Cruveilhier et Krieg (ll. cc.) gastromalaciam, quin febris praegressa esset, describunt.

47) Nulla emaciatio in aegrotulo de quo Krieg (l. c.) mentionem fecit.

erum sepulturam aeque ac sectionem respi-
ites, nychthemero minime a morte elapso de-
re licitum) effectum sisteret temperiei, acido-
primarum viarum, vermium intestinalium?
e, a judicio de consistentia partium corporis
ani, arbitrium vix excludi posse; inprimis
agitur de tenella compagine infantum.

5. Symptomata culmen morborum infantilium Prognosis.
neratorum[48]), comitari solita, fatalem ple-
que exitum praesagire, manifestum est. Se
um aegrotorum ejusmodi salvare potuisse, fa-
r doctrinae de malacia infantum auctor[49]).
feliciori exitu alii gloriantur[50]). Qua medendi
one? Multifaria sane!

6. Sic commendantur (et contemnuntur[51])) Cura.
hiru-

) No. 4.

) Jaeger (l. c.) ait: „*was aber die Heilung betrift, so gestehe ich, dass sie mir, so oft ich den Fall während les Lebens erkannt habe, immer missgeglückt ist. Ich habe äusserlich Sinapismen, Vesicatorien, flüchtige und geistige Einreibungen in den Magen, und laue aromatische Bäder angewandt, und innerlich kohlensaure Luft, Alcalien, Opium, Zinkblumen, Moschus, bittere, gewürzhafte, flüchtig reizende und tonische, auch abführende Mittel gegeben . . . . aber alles vergebens, und selbst ohne bemerkbaren Einfluss auf den raschen tödtlichen Verlauf der Krankheit.*"

) Se quinque infantes salvasse refert Cruveilhier l. c. le reliquis medicis mox infra.

) Urban *fruchtlose Anwendung der bisher empfohlenen Mittel überhaupt und der Säuren ins besondere in einem Falle gallertartiger Erweichung des Magens* (Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. B.* 71. 1830. *St.* 5. p. 103).

hirudines ad caput [52]), pharmaca alcalina [53]), acidum muriaticum oxygenatum [54]), pyrolignosum [55]) et phosphoricum [56]), cinchona et mars [57]), remedia adstringentia [58]), nec non abstinentia a cibo et potu, lacte excepto, cum parvis opii dosibus [59]). Inter haec utique eligere poteris, quae, morbo primario quadrant, caeterum conaminibus, solutum ventriculum pharmacorum ope consolidandi, benigne subridendo. Si postremo veri quid in doctrina gastromalaciae infantum lateat, id te certiorem reddere deberet, parvulorum ventriculo pharmacis heroicis in quantum fieri potest parcendum esse, et inprimis emeticorum in acmine morborum.

§. CI.

52) Camerer l. c.

53) Jaeger (l. c.) oleum tartari per deliquium. Spiritus salis ammoniaci anisatus.

54) Blasius (l. c.): R. Aquae oxy-muriatae unciam semis. Decocti radicis althaeae uncias tres. Syrupi ejusdem unciam unam; non neglectis fomentationibus calidis florum chamomillae ad abdomen. — (Most l. c.)

55) Pitschaft (l. c.): R. Acidi pyro-lignosi drachmam unam. Aquae florum aurantiorum uncias duas. Syrupi emulsivi (!) unciam unam.

56) Teuffel l. c.

57) Nebel (l. c.). R. Extracti cinchonae frigidi grana sex. Liquoris ferri muriatici oxyd. grana quindecim. Aquae naphae, syrupi corticum aurantiorum āā unciam. Duo cochlearea cofeana quaqne hora. — Balneum cum herbis aromaticis.

58) Camerer l. c. 59) Cruveilhier l. c.

§. CI.

[Ve]ntriculi *hydrops, polypi, induratio et concrementa.*

1. Num marcor ventriculi *hydropis acuti* effe-[ctus]? Et cur serum, vigente gastritide, in textum [cel]lulosum, membranas ventriculi inter se necten-[tem], exstravasatum, *ventriculi oedema* gignere non [pos]set? Tale circa pylorum, ut vomitus lethalis [cau]ssa, revera describitur*). Indubitatae praeterea [sunt] historiae *hydatidum stomachi* [1]), aliquando [vom]itu rejectarum [2]), aut disruptarum, subse-[que]nte vomitu seroso morbos chronicos solvente, [jam]am dudum pro *hydrope ventriculi* [3]) declarato. [Eund]em morbum nihil commune habere cum vo-[mit]u seroso pyroseos Suecicae [4]), aut cum aqua [in]consulto epota [5]), vel in submersorum ventri-[cul]o detecta [6]), per se patet. V. hydrops.

2. Ubi

*) R. Fortis consultat. et respons. medicinal. cent. II.

1) Cleyer de corporibus sphaericis permultis in ventriculo humano inventis, in Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 1682. obs. 18. Tab. III. fig. 5; — Schurig chylolog. p. 442; — Geoffroy in *Journ. de médec. T.* 8. p. 244 et *Samml. medic. Wahrnehm. B.* 8. p. 167.

2) *Bulletin des sciences médic. Novembr.* 1829. p. 382.

3) A. Jodon diss. de hydrope ventriculi. Lond. 1646; — Gherli *rare osservazioni di medic. e cirugia. Cent.* 2. *osserv.* 43. p. 237; — Nicolai *Pathologie. B.* 1. p. 183.

4) Cap. XIX. §. LXX. 28.

5) Ut apud bibonem malitensem de quo supra cap. XXI. §. LXXX. 4.

6) Lentin *Beobachtungen einiger Krankheiten. Götting.* 1774. p 116.

V. polypi. 2. Ubi ventriculi hydatides, vermium [7]) suspicionem excludunt, illas quoque pro effectu antecedentis gastritidis habemus, pro lympha coagulabili videlicet in pseudomembranulas serum includentes, transformatas. Convenirent sic quoad originem cum *polypis ventriculi* [8]), e membrana ejus mucosa pullulantibus, quos suspicamur: si post gastritidem tumor epigastrii, cum saeva cardialgia, impotentia res deglutitas retinendi et vomitu effreni, in conspectum veniat. Polypus iste ventriculi (interdum pro animali habitus [9])), cum massa fibrosa, a sanguine, in cavum stomachi extravasato, relicta [10]), haud confundendus est: item ab excrescentiis carcinomaticis distinguendus. Illum arte [11]) sanare non docebimus.

V. induratio. 3. Quodsi phlogoseos, inprimis chronicae et

7) Taenia hydatigena PALLASI; cysticerus RUDOLPHI.

8) AMATUS LUSITANUS curat. med. cent. VII. obs. 23; — BRUGMANN *Verhandel. van te Holl. Maatsch. Deel.* 12. p. 18; — MORGAGNI de sedib. et caus. morbor. epist. XVI. 36; — PORTAL nota *a* ad LIEUTAUDII anat. med. lib. I. obs. 100; — G. BRESCHET *description d'une tumeur polypeuse développée dans l'estomac, et parvenant dans le duodénum (Bulletin de la faculté et de la sociét. de méd. de Paris.* 1817. p. 375); — BEUTNER diss. de polypis ventriculi. Berol. 1822.

9) MÜLLER *merkwürdige Beobacht. von ausgebrochenen Armpolypen* (hydra grisea); in HUFELAND'S *Journ. der prakt. Heilk. B.* 58. 1824. *Januar.* p. 57.

10) Cap. XXII. § LXXXIV. 3.

11) A *natura* separatio utique expectari posset, in aegro adhuc vegeto.

a potu liquorum fermentatorum excitatae, culpâ
el lympha coagulabilis, vel phosphas calcis, in
xtum cellulosum membranorum ventriculi depo-
untur; istarum *induratio callosa*[12]), aliquando
ssea[13]), probe a *scirrho* (cum quo caeterum
mptomata et curam communia habet) distin-
uenda, oritur.

4. Gastritidis quoque, inprimis arthriticae, V. concrementa.
ffectum sistere, et cum tophis podagricorum si-
ilitudinem alere, suspicamur *concrementa* tam
ı ventriculo reperta[14]), quam vomitu rejecta[15]),
isi forte ab ingestis ortum trahant*), aut ad cal-
cu-

12) Cap. XV. §. LI. 2. 3. cap. XVIII. §. LXIII. 2. — P. Murdock *case of the coats of the stomach changed into an almost cartilaginous substance. Philos. transact.* Y. 1749. p. 39; — Thilenius *medic. chirurg. Bemerk. B.* 1. *p.* 202.

13) Walter *anatomisches Museum. B.* 1. p. 157. *No.* 314; — Webster *Fall von knochigen Auswüchsen im Magen;* ex *London medical and physical Journ. Vol.* 57. p. 433 in Gerson *Magazin der ausländ. Literat. d. gesammt. Heilk. B.* 13. p. 494.

14) Cap. XIX. §. LXVIII. 3. §. LXIX. 3.

15) Cap. XXI. §. LXXX. 5. *Vomitus bezoardicus.*

*) „Sic Quarin anno 1781 hominem quendam forte dato purgante sanavit a vomitu chronico, expellendo ultra 400 lapillos per alvum: dein aeger demum meminit, quod aestate multa cerasa una cum lapillis deglutierit; ab illo tempore cardialgiam et vomitum chronicum pati" (Oeggl diss. de vomitu. Vindob. 1783. §. X). Quidam laborans pyrosi, magnam copiam absorbentium testaceorum ingessit; demum supervenit vomitus cum sensu ponderis in diaphragmate, et post longum cruciatum obiit. In sto-

culos biliosos spectant, quorum cura illis adaptando foret. A pathologia comparata forte hîc lux expectanda[16])?

Caput XXVI.

De morbis carcinomaticis ventriculi.

§. CII.

Doctrinae limites et literatura.

Doctrinae limites.

1. Ne plures quam aegrotorum ad lectos distingui possunt morbos statuamus, et, ne morbos qui differentias, saltem cadavera perlustrando offerunt, invicem confundamus; passiones quae ex *ventriculi degeneratione*, praecipue apud senes, sociis anorexia, vomitu chronico, alvo obstructa, tabe et hydrope, pullulant, *scirrhum* videlicet, *steatoma*, *sarcoma*, *cancrum* et *fungum haematodem* aeque ac *medullarem*, *uno* capite, sed non omnino permixte, comprehendimus.

Literatura.

2. Ad doctrinam ejusmodi (more usitato, ast vix

macho plurimi calculi detecti fuere quorum icones vide Vol. IX. *Philosoph. transact.* p. 171.

16) Rudolphi *Abhandl. über die Steine in den Wirbelthieren* (*Verhandl. der k. preuss. Akadem. der Wissensch. Jahrg.* 1812—13. p. 181) et Suckow *über die steinartigen Concremente der Wirbelthiere mit besonderer Rücksicht auf die Haus- und Landwirthschafts-Thiere* (*Badische Annalen für die gesammte Heilk.* 1ter *Jahrg.* 2ter *Heft* p. 7).

approbando, in compendiis praxeos medicae ...tatibus de vomitu subjectam) faciunt casus in... neri vel a Patris et propria experientia sup... litati, vel ab observatoribus collecti[1]), vel in ...mmentariis academiarum[2]), in diariis medicis[3])

Ss 2 tra-

1) Benivienus de abditis morborum causis. cap. 36; — Schenk obs. lib. III. obs. 2. 86. 87. 118. 131; — Forestus obs. lib. XVIII. obs. 30; — Hildani obs. cent. III. obs. 20; — Zacuti Lusitani prax. admir. lib. II. cap. 5; — Salmuth obs. cent. I. obs. 20; — Blasius observ. rar. obs. 9; — Willis opp. omnia. T. II. p. 260; — Harder apiarium. p. 62; — Fantonus obs. anatom. med. select. obs. 14. in opusc. p. 150; — Hoffmann ad Poterii obs. cent. I. cap. 24; — Ruysch obs. 39; — Heuermann opp. T. III. p. 437; — Berdot epistol. ad Hallerum scriptae. Vol. V. p. 51; — Taylor *médic. essays. Vol.* 2. *art.* 25; — Hasenoehrl hist. med. morbor. epid. Vindob. 1760. p. 60; — Stoll ratio medendi. T. I. p. 212. T. III. p. 356; — Voelker in Schmucker's *vermischten Schrift. B.* 2. p. 240; — Baader observ. med. incis. cadaver. illustrat. obs. 17. — Chambon de Monteaux *merkwürdige Krankengeschichte und Leichenöffn. No.* 163. 196; — Krebs *medicinisch. Beobacht. B.* 2. *Heft* 2; aliique infra citandi.

2) *Philosophical transactions No.* 472. Vid. Leske *auserl. Abhandlungen. B.* 3. p. 198; — *Schwedische Abhandlung.* 1790. 2*tes Quart. No.* 11 (Santessen), *No.* 12 (Westring); — Acta soc. med. Hafniens. 1777. Vol. 1. p. 72 (Berger); — *Histoire et mémoires de l'academ. R. de médec.* 1776. *Hist.* p. 257 (Andry); — ibid. p. 266 (Jeamos); — *Mem. of the medical society of Lond. Vol.* 5. *No.* 16 (Harrison); — *Medical communications. T.* 6. *No.* 28 (Sims); — ibid. *No.* 29 (Smyth); — *London medical Journ.* 1790. *P. IV.* p. 343. et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 14.

traditi; maxime vero disquisitiones pathologico-ana-

p. 347 (GRAVES); — *Transactions on the Physicians in Ireland*. 1. *Vol.* 1. 1817 (CRAMPTON); — *Verhandelingen van de Holl. Maatschapp. D.* 9. *bl.* 251 (ROUPPE); — *Mém. de la société de médec. Vol.* 4. *No.* 4 (HALLÉ); — Commentar. Bononiens. T. II. P. I. p. 157 (MOLINELLI); — *Memorie dell' Academia di Verona. T.* 5 (ZEVIANI), vid. WEIGEL *italiän. Biblioth. B.* 2. *St.* 2. p. 204; — *Verhandl. der vereinigten ärztlichen Gesellschaft der Schweitz.* 1828 (FUCHS); — ibid. 1829. *Erste Hälfte* (SCHAEFER).

3) *Medicinisch. chirurg. Bibliothek von* TODE. *B.* 3. *St.* 1. p. 194 (SIBBERN); — *Archiv für medicin. Erfahrung von* HORN *B.* 3. *St.* 1. p. 67 (HORN), *B.* 3. *St.* 1. p. 77 (ERDMANN), p. 306 (FRITZE) *B.* 6. *St.* 2 (ERDMANN); — *medicinische Biblioth. von* BLUMENBACH *B.* 3. p. 115 (LENTIN); — *Archiv für die Geburtshülfe u. Kinderkr. von* STARKE. *B.* 3. p. 471 (TREUNER); — *Archiv für die Physiologie von* REIL *B.* 4. p. 365 (KADE); — *Journ. der pr. Heilk. von* HUFELAND. *B.* 27. *St.* 1. p. 85; — *Rheinisch-westphälische Jahrb. von* HARLESS. *B.* 9. *St.* 2. p. 60 (WETZLER); — *Oesterreichische medic. Jahrbücher. B.* 13. *St.* 3. p. 416 (ZANGERL); — *Medicinische Zeitung. Herausg. von dem Verein für Heilkunde in Preussen.* 1*ter Jahrg.* 1832. *No.* 13. 3. *c.* — *Journ. de médec. T.* 8 (HENNY), *T.* 43. p. 515 (EMANUEL), *T.* 55. p. 203. 208 (LEMONIER), *T.* 58. p. 57 (. . . .), *T.* 71. p. 426 (BERTHEAU), *T.* 86. p. 157 (JEMVIS); — *Journ. de médec. continué par* CORVISART et LEROUX. *Vol.* 1. p. 195; — *Journ. de chirurgie par* DESAULT *T.* I. *art.* 13 (BRUGULERE); — *Bulletin de la soc. de médec.* append. ad *Journ. de méd. contin. Vol.* 14. p. 154; — *Bulletin des sciences médical. par* FERUSAC. *T.* 14. 1828. p. 64 (GUILLEMARD); — *Journ. complémentaire du dictionnaire des sciences médical.* 1827. *Juin.* p. 298 (BOUILLARD); — *Revue médicale.* 1824. *Mai.* (BOURDON).

omicae [4]), dissertationes inaugurales [5]) et mo-
aphiae auctoribus J. M. PEZOLD [6]), S. BLEU-
[7]), FR. CHARDEL [8]), L. V. BENECH [9]) et RENÉ
[10]).

§. CIII.

Cap. XIV. §. XLVII. 2.

MACNEVEN diss. de raro ventriculi casu. Prag. 1760. — HALLER bibioth. chir. p. 469; — RICHTER diss. casus intumescentis et callosi pylori cum triplici hydrope. Goett. 1764; — LEVELING diss. de pyloro carcinomatico. Ingolst. 1777; — FRANZ diss. de angustatione pylori callosa. Marb. 1796; — DANIEL *diss. sur le squirre de l'estomac. Paris* 1804; — KARSTENS diss. de scirrho ventriculi. Kilon. 1809; — GERMAIN *diss. sur les causes et le diagnostique du squirre de l'estomac. Paris* 1817; — SHARPEY diss. de ventriculi carcinomate. Edimb. 1823; — KLAPROTH diss. de scirrho ventriculi. Berol. 1827.

Von der Verhärtung und Verengerung des untern Magenmundes. Dresd. 1787; Cfr. RAHN's *Briefwechsel mit seinen ehemaligen Schülern. Zürich.* 1790. 2*te Samml.* p. 404.

De difficili aut impedito alimentorum e ventriculo in duodenum progressu. Lugd. Batav. 1787. Vers. germ. (qua utor) in JANUS BLEULAND *anatom. und med. Schriften über einige Krankheiten der Verdauungswerkzeuge. Breslau* 1801. p. 89.

Monographie des dégénerations squirreuses de l'estomac fondée sur un grand nombre d'observations recueillies tant dans la clinique interne de l'école de médecine de Paris, qu'à l'hospital Cochin. Paris 1808. Cfr. LARMET *rapport sur le mémoire de Mr.* CHARDEL, in GRAPPERON *bulletin des sciences médicales. T.* 2. p. 295.

Traité des cancers de l'estomac. Paris 1824.

Recherches nouvelles sur la nature et le traitement du cancer de l'estomac. Paris 1828.

§. CIII.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata.

1. Praeviis, per annos aliquando multos, digestionis incommodis, maxime cardialgia, sodâ, nauseâ, ructu, anxietate post pastum, alvo tardâ, borborygmis [1]), sensu reptantis per imum ventrem animalis [2]), tandem in conspectum venit *vomitus* [3]), primum omni mense, dein omni septimana, demum omni die et saepius de die idque dato et determinato post pastum tempore. Ab initio evomuntur tantum copiosius ingesta et solidiora, una cum pituita multa et ductili; ac retinentur parce assumta et liquida. Dein rejiciuntur aut serum [4]), aut materia brunea, nigra, veluti

1) Sacerdos Luganensis, evidenter scirrho ventriculi mulctatus, die 18 Octobris 1827, consilium meum expetiit. Narrabat *borborygmos* (sed adeo fortes ut hominum conventus evitare debuisset) primum morbi indicium constituisse. Secuta est alvi tarditas.

2) Horn l. c. 1828. *Juli*, *August.* p. 597.

3) H. Laub ex scirrho ventriculi vomitus assumtorum diuturnus. Ephem. acad. nat. curios. cent. IX. X. p. 265; — Helwich de vomitu per aliquot menses durante, ex ventriculi angustia, et duritie scirrhosa circa pylorum. Acta acad. nat. curios. Vol. IV. p. 427; — Oeggl diss. de vomitu. Vindob. 1783. §. 9. et scriptores fere omnes de hoc argumento (Cap. XXI. §. LXXVII. 5).

4) De *vomitu mirabili seroso* in scirrho ventriculi, sequens morbi historia, Patri meo a filio defuncti, auditori quondam suo, communicata, atque omni sub respectu memorabili, testatur. „Dnus Casanova, Mediolanensis, hypochondriacus, ex adverso rerum suarum successu, animo

non parum turbatus, vertigine, aurium susurru, eorumque fluxu non raro laborabat. Successit tribus ante mortem annis, vomitus visusque obnubilatio. Setaceum tunc et fonticulus ponebantur ob metum apoplexiae. Accesserunt moeror diuturnus, inquietudo, facilis ira, convulsio frequens, flatus, diarrhoea, alvi interdum obstructio, anorexia. Impetiginis etiam universalis quaedam species, valde pruriens, supervenit. Pondus a cibo assumto ad ventriculum, magnamque ab isto aversionem induxit. Gradatim symptomata ingravescunt, ructus molestiores fiunt, convulsiones acerbiores, noctis praecipue tempore. Nec curationi favent potus spirituosi sat largiter hausti, nec opiata his ipsis commista remedia. Vomendi nempe proclivitas accedit et constrictionis sensus circa praecordia, ut a minoris nunc cibi copia, et ab ipsis adeo purgantibus, vomitus sequeretur. Ex convulsivis affectibus malum repetens aegrotus, pulverem ex valerianae radice et cortice peruviano liberaliter adhibet. Tandem triginta ante obitum dies, vomitus augetur, violensque fit et continuus. Obstructa est jam diu alvus, urina parcissima rubra et crassa, ructus molestissimi, ingratissimi, singultus, borborygmi; vertigo tanta ut aeger ex hac caetera morbi sui phaenomena derivet. Pro spasmodica hinc affectione morbus ab ipsis medicis habetur, et pro tali pertractatur. Oculi luridi, alvus obstructa, faeces quasi terreae, durae, paucae, haemorrhoides tumentes, obstructi hepatis suspicionem movent; porriguntur resolventia. Vomitus interim urgent, oris adest amarities, materies vomitu rejecta, obscuro colore instructa, foetida, sedimentosa, gravis, cuprum viridi colore instruit, copiosa est. Praescribuntur alvum evacuantia, resolventibus interposita. Pulsus paulo frequens, duriusculus, inaequalis, latentis alicujus inflammationis metum in homine pridem robusto medentibus incutit. Ponuntur hirudines ad anum, quae sanguinis circiter quinque uncias educunt. A balneis, fomentationibus abdomini applicitis vomitus videtur

tur fieri rarior, urina clarior, alvus clysteribus magis obediens, borborygmi majores. Viginti sic horae sine vomitu transiguntur; tumor vero in ventre observatur, ac sinistrum praecipue hypochondrium elevatur. Sub motu corporis, aegrotus fluctuationem ponderisque mutationem persentit; tumor quoque inferius ferri videtur; sed, ob abdominis molem obscura est observatio. Ructus denuo urgent, anxietatem pariunt, singultus his violens adjungitur; redit vomitus et *mirabilis aquarum copia*, uno impetu, ore rejicitur, quasi suffocationem minitans. Alvus purgatur cum remediis sat validis nec ipso excepto diagrydio. Vomitus fit rarior: per horas triginta non redit, fluctuatio in abdomine minor, tumor hoc in cavo profundius, et ad ipsum umbilicum extenditur; urina mingitur copiosior. Aliqui nunc de scirrho pylori cogitant. Crescit demum ventris tumor, pondus et irritatio augentur. Impetigo a cute disparet. Quies fere nulla; aliqua tamen conceditur, dum dextro lateri aeger incumbit. Insomniis vero hic agitatur; vigilias tristitia summa infestat; macies indies major; lipothymia a levi corporis vel animi motu accedunt, cutis pallescit. Materia vomitu rejecta magis est acida, cum salibus alcalinis producit effervescentiam, cuprum citius ociusve abhinc virescit. Continuat vomitus, eo copiosior quo rarior; singultus acerbiores, flatus ingratissimi vehementioresque; lipothymiae frequentiores; convulsiones hinc inde. Sub signis tandem consuetis mors ipsa finem aerumnis imponit. Ad extremum usque valida fuit mentis actio; nec parum aegroti sortem exasperavit continua de tristibus cogitatio. — *Sectio cadaveris.* Ventriculus praemagnus, corrugatus tamen, ac flatibus quodammodo suffultus. Pylorus durus, scirrhosus per duodenum valde propagato tumore. Levis in ventriculo phlogosis ac multa in hoc cavo materia foetens detegitur. Phlogosis quatuor digitis a pyloro distat. Hepar exiguum, corrugatum, pallidum, cultro morbose resistens. Pancreas crassam duramque molem offert.

In-

ti *coccolata*, vel fuligo, cum floccis mucosis [5]).
ntione qua vomitus invalescit, *alvus* semper tar-
or fit, valde *adstricta* ac tandem *nulla*. Jam
groti adspectus evadit pallidus, terreus, subfla-
s, et, praecipue quoad oculorum conditionem,
ecificus [6]). Cutis sicca, pergamena, chloasmate
foedata; temperatura corporis imminuta. Pul-
s tensus, parvus. Cita defatigatio, dolor ad
igastrium sub flexione aut erectione trunci.
litudinis desiderium. *Aversio a cibis*, praeser-
n carneis (venatione aliquando excepta), maxima.

Intestina vacua. Nec pectus, nec cranium (!) aperta fuere.“

5) „*J'ai remis récemment à Mr.* Lassaigne *une certaine quantité de matière noire vomie par une femme, qui, depuis plus d'un mois, en rendait chaque jour plus d'une pinte. Cette matière contenait beaucoup d'eau, de l'albumine, un acide libre, de nature organique, et, de plus, elle était rendue trouble et noiratre par la suspension d'une matière colorante d'un brun foncé, insoluble dans l'eau, soluble au contraire dans l'acide sulfurique, et présentant, ainsi dissoute, une belle couleur rouge-sanguin, semblable à celle qui offre la matière colorante du sang dans le même acide. Soumise à la calcination, elle brulait sans se boursouffler, et laissait un résidu léger, de couleur rouge de briques, composé d'oxyde de fer au* maximum, *et de traces de phosphate de chaux, comme en fournit la matière colorante du sang non purifié. Il suit de cette analyse que la couleur noire des matières vomies dans certain nombre d'affection de l'estomac est due à la présence d'un élément organique qui a la plus grande analogie avec la matière colorante du sang*“ (Andral op. c. p. 399).

6) Habitus carcinomaticus.

xima. Interdum deglutiendi difficultas [7]). Tanta est *corporis emaciatio*, ut propriae vestes ab alieno homine eoque obeso depromtae videantur. Plurimi, voce acuta [8]), conqueruntur de sensu ponderis, ardoris et tandem doloris, in epigastrio. Ex hac regione, nonnullis, aliquid dextrorsum, sinistrorsum labi videtur, prout se in alterutrum latus convertunt. Sunt quibus tunc vomitus supervenit [9]). Fere omnes regioni affectae manus admovent. Illa regione exploratâ, saepe durities percipitur, interdum musculorum abdominalium contractio, hincque inde aortae ventralis pulsatio inconsueta. Alii tussi, salivatione, singultu lipothymiis, vigiliis, et diarrhoea excruciantur. *Oedema pedum* vel *hydrops ascites*, praevia urina pauca cum sedimento roseo, optatum, plerumque, vitae terminum annuntiant [10]).

2. In

7) Triller diss. de fame lethali ex callosa oris ventriculi angustia. Viteb. 1750.

8) Wetzler l. c.

9) „*Toutes les fois que le malade se couche sur le côté gauche, la bouche se remplit d'eau qui lui semble remonter de l'estomac, et alors les vomissemens se déclarent*“ (Cruveilhier l. c.).

10) Contradictio exstat apud auctores circa animi conditionem in morbis carcinomaticis ventriculi. Sic Fuchs (l. c.) inter illorum symptomata enumerat: „*ein momentanes Erwachen jenes Seelenvermögens, das den sichern Tod kommen sieht, und ihn ruhig erwartet.*“ Contra ea Cruveilhier (l. c.) morositatem et desperationem consuetis symptomatibus scirrhi stomachi adscribit. Differentia a peculiari hominum indole repetenda.

2. In *cadaveribus* reperiebantur: serum in dominis cavo ad libras saepe permultas; — *ritonaeum* inflammatum[11]); — *ventriculus* volumine modo imminutus[12]), modo auctus[13]); oedemate notatus[14]); in universum veluti cartilaginus[15]); partim durus, partim emollitus[16]); cum ateria veluti gelatina aut mel in proprio textu[17]), otisque phlogoseos[18]); cum *scirrho* in centro[19]), curvaturam minorem[20]), ad cardiam[21]), ad ylorum[22]); quod orificium, rarioribus casibus di- Necroscopia.

11) Guillemard, Bouillard ll. cc.

12) Palmer l. c. — Ventriculum tunc potissimum volumine imminutum reperi, ubi scirrhus aut cardiam, aut curvaturas detinebat.

13) Crampton, Schaefer, Zangerl ll. cc. Cfr. cap. XV. §. LI. No. 3.

14) In viro quadraginta annorum an 1791 in clinico instituto Ticinensi dissecto.

15) Störk ann. medicus I. p. 151; — Bleuland l. c. p. 194; — Cruveilhier l. c. („*quelquesfois la portion de l'estomac saine, n'est qu'un tiers de la surface de l'estomac*").

16) Horn *Reise durch Deutschland. B.* 3.

17) Andral l. c. p. 407.

18) Fere semper, et quidem, rarius circa locum affectum a scirrho.

19) Blasius l. c.

20) Klaproth *Beschreibung einer bedeutenden Desorganisation des Magens mit Abbildung;* in Hufeland's *Journ. B.* 61. 1829. *Januar.* p. 127.

21) Lechevrel *observation d'un squirrhe au cardia, avec le rapport de* Deschamps *et* Double *sur cette observation.* Sedillot *recueil périod. de la soc. de méd. T.* 22. p. 129. 147; — Sandifort mus. anat. Vol. I. sect. V. p. 245. No. 17.

22) Andry, Jeanroi, Harrison, Pezold, Graves, Bruguière

dilatationis exceptis*), erat fere occlusum[23]) (idque aliquando tam arcte, ut nec mercurius[24]), nec specillum[25]), nec aer[26]) transire potuisset) a corpore cartilagineo[27]), a glandula[28]), a tuberculis**), a callo et calculo[29]), a tumore[30]); qui tumor adeo durus, tophaceus[31]) et prominens fuit,

etc. Omnium sane frequentissimus. MORGAGNI epist. XXIX. 6. XXXVII. 30. LXX. 5.

*) RAUCH in *Vermischten Abhandlungen aus dem Gebiete der Heilk. Zweite Samml. Petersburg* 1823. p. 166.

23) DU VERNEY *observation anatomique sur deux estomacs humains, dans l'un desquels le pylore était squirrheux et bouché; Mémoires de l'acad. R. de méd. de Paris.* 1719. *Hist.* p. 42; — AMILHON *Journ. de médec.* 1782. p. 137 et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 7. p. 518.

24) MORGAGNI op. c. epist. XXX. 13.

25) Pluries incassum tentavi applicationem.

26) „Anno 1796 in nosocomio Vindobonensi cadaver dissectum fuit, ubi *nec aer* potuit ullo modo exprimi per pylorum, tam aucta hîc a tumore occlusus fuit" (Ex schedis paternis).

27) „*Un corps cartilagineux, du volume d'un bouchon de bouteille, et contenant dans sa substance un grand nombre de pointes osseuses, adhérait fortement par l'une de ses extrémités aux tuniques de l'estomac, près le pylore, tandis que par l'autre, il faisait saillie dans cette dernière ouverture, qu'il oblitérait et empêchait ainsi le passage du chime au duodénum*". J. WEBSTER ex *Journ. des progrès* etc. *Vol.* 5, in FERUSAC *bulletin* etc. *Novembr.* 1828. p. 296.

28) VELSCHIUS epist. XL.

**) MORRISON in *medical observ. and enquiries. Vol.* 6.

29) MORGAGNI l. c.

30) MEYER in HUFELAND's *Journ. Novemb.* 1812. p. 103.

it, ut apicem cartilaginis ensiformis elevaret [32]), que veluti uterus in vaginam, sic ille in duo- num prosiliret [33]). Reperiebantur quoque *stea- mata* [34]) et *sarcomata* [35]), e membrana ventriculi ucosa, atque *excrescentiae fungosae* e systemate ius venoso [36]) pullulantes; item *massae tubero- e* albae, subcaeruleae maculis flavis, bruneis no- tae, ac materiam cerebro similem continen- s [37]), *ulcera cancerosa**), *gangraenosa* [38]), cum per-

31) Bartholinus hist. anat. cent. II. hist. 2; — de Blegny zodiac. gallic. 1679. mens. Febr.; — Blancard anat. pract. rat. cent. II. obs. 100. p. 300.

32) Cohausen Commerc. liter. Norimbergense. A. 1743. hebd. XVI. p. 125.

33) Bouillard l. c. obs. 4.

34) Hartmann diss. sistens memorabile ventriculi steatoma. Franf. 1786; — Acta acad. nat. curios. Vol. III. obs. 73; — Ruysch adversaria anatom. T. 2. Dec. III; — Formey in *Ephemeriden von Berlin. B.* 1. *Heft* 2. p. 15; — Healy in *Philosophical transact. Vol.* 61. p. 130; — Oberteuffer *Museum der Heilk. B.* 1. p. 136; — Rahn diss. passionis iliacae pathologia. Hal. 1791; — Preisler *Salzburger med. chirurg. Zeitung.* 1793. *B.* 1. p. 438; — Soemmerring *zu* Baillie p. 83; — Treuner l. c.

35) Amatus Lusitanus curat. consil. VII. No. 3; — Morgagni l. c. epist. XVI. 36; — Brugmans in *Verhandel. van der Holl. Maatschapp. Deel* 12. p. 13. 18; — Baader l. c. obs. 42.

36) Cruveilhier l. c. *Livraison IV. Pl. I. fig.* 1.

37) Nasse *Leichenöffnungen zur Diagnostik und pathologischen Anatomie. Erste Reihe. Bonn* 1821; — Staub *Fall eines Magenmarkschwammes nebst Bemerkungen einer Symptomatologie und Diagnose dieser Krankheit.* Hufeland's *Journ.* 1833 *August.* p. 1.

perforatione ventriculi[39]). In conspectum etiam venerunt hypertrophia tam membranae ejus muscularis[40]), quam annexi textus cellulosi[41]); attenuatio membranarum**); degeneratio, si fides adhibenda sit[42]), ramorum gastricorum paris nervorum vagi[43]), et dilatatio vasorum lymphaticorum, parietibus incrassatis[44]). Postremo non desiderabantur simul scirrhi et cancri aliorum viscerum[45]), inprimis oesophagi[46]), hepatis[47]), pan-

*) BELL *system of dissections*, *Tab. II.*

38) CRUVEILHIER l. c. fig. 2.

39) Cap. XXVII. §. CVIII. No. 8.

40) LOUIS *mémoire sur le ramollissement de l'estomac. Paris* 1826. Cfr. OMODEI *annali universali di medicina. T.* 41. p. 359; — BOUILLARD l. c.

41) ANDRAL l. c.

**) Latente ventriculi scirrho membranas contiguas aliquando *attenuatas* esse docuit HOPFENGAERTNER (HUFELAND's *Journ.* 1819. *Octobr.* p. 7). Cfr. ROBBI *der Magen, seine Structur* etc. *Leipz.* 1823. p. 128. Cfr. cap. XV. §. LI. 3.

42) „ . . *dans les cas les plus différens d'altération de l'estomac, je n'ai trouvé* aucune différence *appréciable dans la couleur, le volume, la consistance des nerfs qui s'y distribuaient*" (ANDRAL l. c. p. 418).

43) PRUS l. c. 44) ANDRAL l. c. p. 417.

45) FOURNIER *observation sur une diathèse squirrheuse d'une partie des viscères du bas ventre et particulièrement de l'estomac.* SÉDILLOT *recueil périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 44. p. 55.

46) TAYLOR l. c.

47) FRANCIS *case of morbid anatomy . . 3. case of scirrhus of the pylorus accompainied with a tuberculated liver. Transact. of the litterar. and philosoph. soc. of New-York.*

creatis[48]), lienis[49]), intestinorum, praecipue deni[50]) et coli transversi[51]), mesenterii[52]), pulmonum[53]).

§. CIV.

C a u s s a e.

1. Ad affectiones carcinomaticas ventriculi *ponunt:* vitium haereditarium[1]), sexus virilis[2]), aetas C. praedisponentes.

Vol. 1. p. 525; — van de Keere *observation sur un cancer du foie et de l'estomac. Journ. universel des sciences médicales* 1825. *Août* p. 206.

) Harder glandulae ventriculi scirrhosae cum pylori et *pancreatis* scirrho insigni. Miscell. acad. nat. curios. dec. II. ann. 6. 1687. p. 196; — Zwinger de hectica a scirrhositate pylori ac pancreatis proveniente lethali. Ephemerid. acad. nat. curios. ann. VII. et VIII. p. 207; — Fuchs l. c.

) Naumburg in *Salzb. medic. chirurg. Zeitung.* 1796. *B.* 1. p. 14.

) Göritz pylorus scirrhosus itemque *intestinum duodenum* et pancreas, loco bilis autem calculus in vesica fellea. Ephem. acad. nat. curios. cent. VII et VIII. p. 282; — Winslow *Vers. einer chir. Gesellschaft in Kopenhagen.*

) Oeggl l. c. §. 9.

) Pohl panegyr. medic. de callositate ventriculi ex potus spirituosi abusu. Lips. 1771.

) Rust *Magaz* cit. *B.* 30. p. 356.

Coiterus apud Schenk (l. c. obs. 2). Quodsi in aegroti familia ipsius *ventriculi* carcinomatici non invenies vestigia, reperies probabiliter illa carcinomatis mammarum, uteri, testiculorum, labiorum etc.

Chardel l. c. — Verisimiliter in feminis diathesis carcinomatica, facilius in uterum et in mammas, a partibus vel repetitis vel omissis labefactatas, quam in ventriculum, irruit.

aetas senilis [3]), conditio ignota climatis [4]), victus penuria [5]) aeque ac abundantia [6]), vita tam sedentaria (inprimis antrorsum flexo corpore [7])) quam laboriosa [8]).

C. excitantes. 2. *Excitantur* illae affectiones a febribus intermittentibus [9]), ab animi pathematibus [10]), a jejunio [11]), ab onania [12]), a more coitum mox post

3) Chardel l. c. Proprii aegroti fere omnes inter annum vitae quinquagesimum et sexagesimum quintum constituti erant.

4) De frequenti in *Normandia* scirrho ventriculi testatur Cloquet (*Bulletin de la société de médec.* 1810. *No.* 7. p. 106). Juxta meas observationes iste morbus obvenit frequentissime in *Austria*, frequenter in *Insubria*, minus frequenter in *Lithuania*; quod mirum sane quum vulgus hîc potu alcohol abuti soleat, et plica fertilis sit carcinomatis genitrix.

5) Ut inter rusticos nonnullarum provinciarum Insubriae.

6) Ut inter incolas Vindobonenses.

7) Ut apud literatos, — et sutores.

8) Dumas scirrhum ventriculi ad morbos militum refert (*Recueil périodique de la soc. de méd. de Paris. No.* 27).

9) Longis praecipue, neglectis aut cortice peruviano praepostere tractatis, aut cortice debito quidem tempore dato, sed non satis diu, nec cum requisitis cautelis.

10) Maxime a moerore propter curas quaestus.

11) Inprimis si jejunium praeter consuetudinem protractum fuerit. Sic in sacerdote, qui die 12 Februarii 1833 consilium meum expetiit, observavi. Vir iste quinquagenarius a viginti annis ecclesiae cuidam addictus erat ubi missa summo jam mane celebratur; itaque licuit tunc illi mature jentaculum sumere. A biennio vero ad aliam ecclesiam translatus fuit, coactus ad sacrificium missale dumtaxat circa meridiem absolvendum, hinc usque ad prandium

t pastum celebrandi [13]), a matrimonio aetate ili absoluto [14]), a potu alcohol [15]), ab abusu gantium [16]) et acidorum [17]), a narcoticis, plum- [18]), phosphoro [19]), a suppressione haemorrhoi- n [20]), a fuga praepostera ulcerum [21]) et impe- num [22]) et a violentiis externis [23]).

3. Quae-

jejunandum. Mox inde stomacho laborare coepit, evolutis modo certissimis scirrhi hujus visceris indiciis.

22) Pauca, quae aetate haud provecta, scirrhi ventriculi vidi exempla, in *onaniae* deditis mihi obvenerunt. Sic contigit in juvene 18 annorum qui die 16 Februarii anno 1794. in insituto clinico Ticinensi obiit. Notandum tamen illum fuisse scrophulosum et gravibus erroribus in diaeta obnoxium.

33) Plurimi aegrorum meorum fatali huic consuetudini dediti fuerant.

4) Inter plura exempla, sufficiat illud *Dr. Ludovici Frank*, scirrho pylori Parmae a. 1825 defuncti, idque paucos annos a matrimonio aetate sexaginta annorum cum juveni femina contracto.

5) Pohl l. vix citato; — Abrahamson in Meckel's *neuem Archiv. B.* 1. *No.* 34.

6) Fichot *affection squirreuse du pylore, gastrite chronique déterminée par l'abus des médicamens évacuants. Bulletin de la soc. médic. d'émulation à Paris. Février* 1805.

7) Haller opusc. patholog. obs. 26; — Goerritz Eph. acad. nat. curios. cent. VIII. obs. 20. p. 282. Interea dubito a nimio malorum citreorum esu, ut hîc narratur, scirrhum ventriculi oriri posse. Id potius ex abusu elixirii acidi Halleri, acidi nitrici, muriatici oxygenati etc. expectarem.

8) P. III. Vol. II. sect. I. cap. de colica saturnina.

9) Hufeland's *Journ. B.* 7. *St.* 3 p. 114.

20) Cohausen l. c. 21) Plater observ. lib. II. p. 437.

Frank Prax. III. I. 2. Tt

C. proxima.

3. Quaerimus ventriculi *scirrhum* in systemate vasorum lymphaticorum (verisimiliter a scrophulis in juventute ad recipiendam in senio arthritidem disposito); *sarcoma* et *steatoma* — in tela cellulosa membranis visceris intermedia; *fungum*

22) Plures inter Insubros praesertim ex fugato herpete (vocant: il *salso*) in scirrhum ventriculi incidisse observavi. Quum etiam Gallorum Imperator *Napoleon* hoc morbo perierit, ex illius narratione, non vituperium sed laus patris mei emergeret. Ait nimirum ex-Imperator: — „*La dernière fois que je fus à Vienne, il m'était survenu une petite éruption à la partie postérieure du cou; c'était peu de chose, mais ma suite s'en inquiétait, me pressait de recevoir un médecin dont on disait merveilles. J'y consentis; Frank fut appellé. Il me trouva un vice dartreux, une maladie grave. J'avais besoin de traitement préparatoire, de médicamens, de drogues; c'était à ne plus finir. Je mandais Corvisart .... J'avais défait ma cravate, il examina. „Ah Sire! de si loin pour un vésicatoire que le dernier médecin eut appliqué aussi bien que moi? Frank extravague; Vous allez à merveille. Ce petit accident tient à une vieille éruption mal soignée, et ne resistera pas à quatre jours de vésicatoire.“ Il ne resista pas en effet, et ne se reproduisit plus: Vous le voyez, me dit il, en levant le dernier appareil, voilà à quoi se reduisent les terribles maladies dont cet Allemand vous avait gratifié*“ (*Mémoires du docteur* F. Antomarchi, *ou les derniers momens de Napoléon. Paris* 1825. *T.* 1. *p.* 262). Utique ex hac narratione non vituperium sed laus patris mei emergeret si illa veritati consona esset. Est contra ea solitis narratoris mendaciis plena! Veritas ocyus serius palam fiet per opus: *Mémoires biographiques de* Joseph Frank. *Ouvrage posthume.*

23) Bourdon (l. c.) hanc caussam jure extollit.

n *haematodem* — in venis; et *fungum medulla-*
in nervis, quorum imperium in producendis
rbis carcinomaticis stomachi, magni sane fa-
idum[24]). *Scirrhus* saltem, deficienti potius
litati in parte, quam conditioni illius inflam-
toriae adscribendus videtur[25]). Quodsi, su-
venientibus violentiis externis aut aliis caussis
tantibus, phlogosis hîc excitatur, illi transi-
scirrhi in *ulcus cancerosum* adscribendus.

§. CV.

D i a g n o s i s.

1. *Diagnosis* morborum carcinomaticorum ven- uli *triplex* est: respicit nimirum: 1. *definitio-* *morbi* in genere; 2. *designationem sedis* suae uliaris; et 3. *distinctionem vitiorum*, nomine inomatis comprehensorum, inter se, et ab in- ation simplici et ulcere benigno. **Divisio argumenti.**

2. Ipsam jam *morborum carcinomaticorum ven- uli definitionem generalem* arduam esse, ex eo lligitur, quod aliquando post mortem detecti re, ubi in vita nullum illorum obvenerat in- ium[1]); quodque iis revera latentibus, pluries **Definitio morbi in genere.**

 alii

) Prus (l. c.) scirrhum esse putat „*une altération de nu- trition, et quelques fois de secrétion, d'une ou de plusieurs membranes et couches cellulaires de ce viscère, altération nécessairement liée à une modification du système nerveux, qu'on pourrait appeller irritation nerveuse.*"

) Part. IV. Vol. I. sect. I. capit. de carcinomate.

Hallé *observation sur deux ouvertures de cadavres qui*

alii plane morbi proclamati sunt. Summa enim fallacia inest signis morborum carcinomaticorum ventriculi, inprimis si separatim considerentur. Sic *externus* in regione epigastrica *tumor*, neque morbum neque locum affectum tuto satis indicio prodit, quum ipse aer ventriculum ad enorme volumen extendere valeat [2]). Contra, ex *duritie* externa prope umbilicum scirrhum omenti latere quis ratus, reperit in ventriculo, qui ad umbilicum descenderat, vitium [3]). *Vomitus* atrae materiae *coccolatae* aut fuligini similis, qui a viro de diagnosi bene merito, pro certissimo scirrhi ventriculi signo declaratus est [4]), aliis quoque morbis do

ont présenté des phénomènes très différens de ceux qu semblait annoncer la maladie. Obs. 1ère: *induration squir reuse des membranes de l'estomac* (*Histoire et mémoires d la soc. R. de médecine.* 1780 *et* 1781. *Hist.* p. 269). E Pemberton, ut jam Haenius, in viro ex morbo arteria aortae defuncto, scirrhum et cancrum ventriculi detexi de quibus in vita nulla oriebatur suspicio (*a practica treatise on various diseases of the abdominal viscera.* 3 edit. *London* 1814. *chap.* 7). — „*Non vi fu chi avver tita avesse doglia o viva o muta, o gravezza all' epigas trio, ne difficoltà a piegare o radrizzare il tronco,* *colpo di singultire, o vomito, o dolor pungitivo, nell persona del professore Brugnatelli tolto alle scienze per ul cere, oltre il pollice, presso la foce cardiaca*" (Dalmaz zone *sul vomito nero,* in *Repertorio medico-chirurgico farmac. di Torino.* 1824. *Ottobre. No.* 58).

2) Morgagni op. cit. epist. XXXVIII. 22.

3) Languth l. c.

4) Wichmann *Ideen zur Diagnostik. 2te Aufl. Hannov* 1800. p. 165.

ocente id jam summo illa in scientia magistro, bvenit[5]). *Sensus reptantis* in abdomine *vermis*, fecit ut scirrhus ventriculi pro *taenia* haberetur[6]); item, propter *pulsationem* abdominalem, co *anevrysmate arteriae coeliacae* aut *aortae*[7]). — tt maxime ratio habeatur incomparabilis ciborum versionis, summae corporis emaciationis, et speifici habitus, suademus[8]).

3. Longe adhuc magis ardua est *designatio dis peculiaris vitii carcinomatici ventriculi.* — Designatio sedis peculiaris. d *cardiam* quidem malum haerere suspicaberis; — deglutitio plus minus impedita sit*); si vomitus ud diu post ingestionem alimentorum nascatur; res inde rejectae, aliam, praeter illam a mastitione, non sint expertae mutationem; si alcohol ttatim deglutitus, ad scrobiculum cordis perven-

5) MORGAGNI epist. XXX. 3. „Nigerrima, monet, rejici ab iis quoque in quibus nullus hujus generis (scirrhi, cancri) tumor est" quod pluries observavi et speciatim in Principe *Esterhazy* die 25. Novembris 1833 Novocomii demortuo. Ventriculus illi erat integerrimus, sed hepar steatomate et tuberculis refertum, ac intestinum colon ubi in rectum transit, cancerosum perforatumque. Attamen materias nigras vomitu rejecerat!

) Legisse memini, ubi, nescio.

) HUFELAND's *Journ. B.* 43. *August.* 1816. p. 130.

) Addi possent, cutis siccitas, frequens chloasma, urina pauca, sedimento roseo instructa, et magna in hydropem dispositio, nisi haec symptomata tot alios etiam comitarentur morbos chronicos.

) COITERUS scirrhum vidit in femina ad orificium ventriculi sinistrum, pugni magnitudinem excedentem, fame et impedita deglutitione enectam (SCHENK l. c. obs. 2).

ventus, hîc eundem ac si oculo illapsus esset, excitet sensum[9]); si singultus urgeat, vox deficiat*) et aeger praeter modum desperandus adpareat[10]); — memor simul, talia symptomata etiam obvenire posse in *morbis diaphragmatis*[11]) et praesertim *oesophagi*[12]), cujus praeterea morbosa dilatatio[13]), obstaculorum aditum ad stomachum denegantium, necessarius debet esse effectus. De *centrali ventriculi affectione carcinomatica*[14]), suspicionem utique alere poteris; — si tumor in regione epigastrica percipiatur; si illius dolor sub erectione aut flexione trunci obveniat; si alvus, minus quam aliàs in morbis carcinomaticis stomachi fieri solet, obstructa sit; si vomitus quoque solito rarius urgeat, sed ubi urget prius quam ventriculus plane evacuatus sit, non cesset; si cardialgia mox post pastum (inprimis ciborum difficilioris digestionis) potumque liquorum

9) Th. Simson de re medica diss. IV. edit. nova curante Schlegel. Jenae et Lipsiae 1771. p. 140. — S. G. Vogel *allgemeine medicinische diagnostische Untersuchungen. Stendal* 1824. p. 132.

*) Cardel l. c.

10) . . . „*le désespoir du malade n'est jamais plus considérable, et surtout plus permanent, que lorsque la maladie cancéreuse affecte le cardia*" (Cruveilhier l. c.).

11) P. II. Vol. II. sect. II. cap. 1; — Portal *cours d'anat. méd. T.* 5. p. 204.

12) Cap. VIII. §. XXIII. 1. 13) Cap. X. §. XXVIII. 2.

14) Shirley Palmer's *Versuch einer Diagnostik der Centralmagenverengerung*, ex *Medical-chirurgical Journ.*, in Hufeland's *Journal. B.* 43. p. 122. 1816. *August.*

um fermentatorum, sub atmosphaerae mutationi-
ıs repentinis, et potissimum a decubitu in latus
extrum invalescat; sique deglutitio non sit im-
edita [15]); — eo tamen pacto, ut animo tuo simul
orbi *pancreatis*, *omenti*, et *intestini coli trans-*
ersi (alioquin consortium cum morbis carcinoma-
cis ventriculi non respuentes [16])) praesentes
nt. *Vitium carcinomaticum circa pylorum*, om-
um communissimum, existere argues; ubi vo-
itus lente ingruit, et demum (nisi orificium im-
une manserit aut dilatatum fuerit*)) perpetuo
get [17]) idque periodice, a hora usque ad horas
atuor post pastum; ubi res inde rejectae jam
us minus in chylum commutatae cernuntur; ubi
vus pertinacissime obstructa est; ubi dolor pro-
nde versus hypochondrium dextrum percipitur,
ıt sensus ingratus ponderis hîc viget, et ubi
bes continuo crescit; — non ignarus tali modo
iam *affectiones hepatis* et *intestini duodeni* (saepe
mul exstantes [18])) affligere. Scias praeterea,
ymptomata vix recensita, etiam tunc obvenire,
bi pylorus occlusus est a pseudomembranis [19]),
a

15) Cardel, Palmer ll. cc. 16) §. CIII. 2.

*) Rauch l. c.

17) Swieten T. II. §. 653; — Stoll rat. med. T. III. p. 384.

18) §. CIII. 2.

19) „*Un homme que j'ai soigné avoit éprouvé des vomissemens affreux pendant plus de deux mois; il avoit rendu pendant quelque temps des matières grisâtres, fétides, par la bouche et par les selles: depuis plus d'un mois le malade n'alloit point à la garde-robe; il vomissait tout ce*

a venis varicosis [20]), a spasmo [21]), a numo [22]), aliisque corporibus extraneis (connubium cum scirrho

qu'il prenoit, maigrissoit à vue d'oeil, et ses forces diminuoient; on craignoit de le perdre en peu de temps, lorsqu'un de ses amis lui conseilla de prendre une prise de poudres angloises, ou de James: ce qui fut fait. Le malade vomit à diverses reprises; il eut trois heures après des douleurs de colique qui furent suivies d'une excrétion de matières fécales dures et noires en petite quantité, recouvertes de matières blanches concrètes, comme de membranules. Après cette évacuation, la region du pylore parut plus souple. Le malade voulut reprendre le lendemain une seconde prise de la même poudre, les vomissemens furent plus doux, les secrétions par les selles plus abondantes; il rendit une très grande quantité de matières concrètes, comme la raclure de boyaux; les déjections par le bas se retablirent, et le malade guérit d'une prétendue oblitération du pylore, qui n'avoit sans doute été que bouché par des concrétions que les vomissemens ont pu détacher. N'est il pas arrivé à l'égard de ce malade ce qui a lieu dans ceux qui ont peine à respirer, par de fausses membranes formées dans les voies aériennes, dans le crops, et contre lequel on prescrit tous les jours les vomitifs avec succès?" (Portal l. c. p. 205).

20) „*J'ai vu le pylore entouré de vaisseaux variqueux, dont plusieurs s'étendoient dans l'estomac et dans le duodénum*" (Portal l. c. p. 204).

21) „*On ne doit pas non plus douter que le retrécissement du pylore ne survienne dans les affections spasmodiques, et ne soit l'effet des contractions violentes des fibres musculaires et circulaires de l'orifice du pylore et du duodénum: or alors les bains, les humectans, les relâchans, les calmans produiront d'utiles effets*" (Portal l. c. p. 206).

22) Kerkring obs. ann. I; — Morgagni epist. XXX. 13.

ho non semper réspuentibus [23])) et a visceribus ontiguis mole auctis [24]).

4. *Morbi carcinomatici ventriculi* distinguuntur b *induratione simplici* et ab *ulcere benigno* ejusem visceris, habita ratione originis, sedis et exiıs [25]). Nascuntur haec ultima ex phlogosi sine iscrimine aetatis et constitutionis aegroti; evolıunturque in textu celluloso membranis stomachi ıtermedio per lympham coagulabilem ibi depotam. Induratio simplex (nisi fortuito in corore ad affectiones carcinomaticas disposito locum otineat) nunquam in ulcus cancerosum abit; et cus simplex, ut diximus [26]), cicatricem admitt. Contra ea, morbi carcinomatici ventriculi ex be, saepe haereditaria, praeviis plerumque scroıulis et arthritide et socio aliquando scirrho aut ncro aliarum partium [27]), pullulant, et in systeate vasorum lymphaticorum sedem primariam gunt. Scirrhus in cancrum transit et cancer a orte excipitur. Transitus ille arguitur si (praeis inprimis violentiis externis, erroribus in aeta, usuque pharmacorum irritantium) ventricu- Distinctio vitiorum.

23) Bouillard (l. c. p. 308) casum tradit scirrhi pylori, *una cum nucleis uvarum et prunorum*, illius orificium magis magisque obstruentium.

24) A hepate, pancreate, epiploon.

25) Andral (l. c.) qui hanc distinctionem rejicit p. 403, illam admittit p. 418.

26) Cap. XXIV. §. XCVIII. 1.

27) Die 20 Maii 1829 in vetula omnia ventriculi scirrhi signa *una cum cancro alae nasi* vidi.

culus prius dolore expers, nunc post ingesta, ardore intolerabili excrucietur, si haematemesis inopinate superveniat, sique febricula hectica subintret. Cruciatus saevos, non ventriculi cancrum sed illius *fungum medullarem* (dolorosissimum sane morbi genus[28]) designare, contenditur[29]; verum propria experientia duce, potius adstipulamur cl. viro, utpote docenti, *dolorem* in morbis carcinomaticis ventriculi infidum esse signum[30]), et distinctionem ulcus cancerosum inter et fungum medullarem valde ambiguam[31]). Securior sane dia-

28) Horn's *Archiv. Sept. Octobr.* 1823. p. 753; — Graefe *und* Walter *Journ. für die Chirurg. und Augenheilk. B.* 14. *Heft* 3. *B.* 15. *Heft* 1.

29) Staub l. c.

30) Andral (l. c. p. 430) ait: „*Parmi les individus chez lesquels nous avons constaté, après la mort, l'existence de différentes formes du cancer gastrique, soit induration squirrheuse ou encéphaloïde des tissus subjacens à la muqueuse, soit végétations fongeuses, cérébriformes de cette membranc, soit exulcérations avec destruction profonde des tissus, et fond constitué par le foie ou le pancréas; parmi ces individus, disons nous, les uns n'ont jamais accusé de douleur à l'épigastre; chez d'autres, elle ne consistoit que dans un sentiment de gêne et de pesanteur habituelle vers cette région; ailleurs la pression seule la faisoit naître, tandis que, d'autres fois, l'épigastre pouvoit être impunément comprimé. Chez plusieurs malades, la douleur ne naissait que lorsque des alimens avoient été introduit dans l'estomac.*“

31) „*J'ai longtemps admis cette distinction; mais j'avoue que des recherches plus suivies m'en ont démontré tout l'arbitraire. Dans la plus part des cas, on voit se confondre*

diagnosis *fungi haematodes*, ad quem sat tuto concludimus, ubi *haematemesis* inter symptomata generalia morborum carcinomaticorum ventriculi eminet.

§. CVI.

Prognosis. Cura.

1. Morbi carcinomatici ventriculi dum jam eo pervenerunt ut dignosci possint, nota hucusque auxilia eludunt. Jactata enim sanationis exempla [1]), minimum errori in diagnosi commisso adscribimus. Ne alium respectu *prognoseos* committas, morbum etsi pertinaci vomitu aliisque suspectis carcinomatis in stomacho latentis indiciis, stipatum, pro lethali non proclamabis, nisi aegroti aetas, stirps et macies de genuino scirrho, aut cruciatus ventriculi et febricula hectica, de illus in ulcus cancerosum conversione, testentur. In hominibus enim aetate adhuc florentibus ac nulla labe obnoxiis, aliquando praeter omnem expectationem accidit, ut caussa ventriculi molestias excitans, aut per ipsum vomitum evacuetur [2]), aut aliorsum conjiciatur [3]), unde aeger aut sanus eva- Prognosis.

par des nuances insensibles les deux tissus dits squirrheux et encéphaloïdes" (*l. c.* p. 405).

1) Praecipue a fautoribus remediorum specificorum.

2) Gourraud de steatomaté vomitu rejecto narrat (*Journ. de méd. T.* 85).

3) Matronam novi, alta stirpe, septuaginta ante annos, natam, Novocomensem, quae plurima scirrhi ventriculi symptomata, inter aversionem absolutam a cibis, exhibuit. En inopinate insultu pseudo-apoplectico corripitur. Extemplo

evadit, aut saltem a morbo ventriculi immunis. Altera ex parte jam simplices circa hoc viscus molestiae [4]), eoque magis graves cardialgiae [5]), tibi quoad exitum suspectae sunto, ubi aetas, stirps etc. evolutioni morborum carcinomaticorum favent. Transitus scirrhi ventriculi in ulcus cancerosum multum a rerum positionibus adventitiis, maxime vero a regimine diaetetico [6]) pendet. Nec ille ad letum inferendum necessarius [7]).

Cura. 2. Donec morbi carcinomatici ventriculi diagnosis certissima evadat, prout vel anorexia, vel dyspepsia, vel cardialgia, vel vomitus, alvique obstructio, prae caeteris molestant, inter pharmaca adversus haec mala commendata [8]), mitissima eligi possunt, ast prudenter, ne latentibus forte illis mor-

ventriculus incolumis evasit et famelicus. Sic adhuc per quatuor annos vixit, donec repetitae apoplexiae vitae finem imposuerint.

4) Bleuland (l. c. p. 104) omni jure monet, ex stomacho adhuc vegeto et ad obstaculum a parvo et incipiente scirrho emergente vincendum pari, pauca sanitatis laesae indicia expectanda esse.

5) Beziat *observations sur des cardialgies chroniques les plus graves. Obs. 1ère Retrécissement squirrheux du pylore* (*Annales de la soc. de médec. pratiq. de Montpellier. T.* 23. *p.* 5).

6) „*Une des causes les plus fréquentes de la transformation du squirre du pylore en cancer, c'est la présence des alimens et matières fécales, qui accroissent l'irritation et l'ulcération.*"

7) Saepius enim in cadaveribus dumtaxat *scirrhus* reperitur.

8) Capitibus respondentibus.

ıorbis, noceant. Nocent tunc *emetica*[9]), nocentue *stomachica*, *carminativa*, verbo, *calefacientia*, ısi ab initio (praesertim in pylori scirrho) juvare ideantur[10]). Damnum quoque afferunt *oxyda etallica*, inprimis *magisterium bismuthi*; item *arcotica*, non excepto *conio maculato*[11]), quod ıeterum ut *emplastrum* cordis scrobiculo admoere licet. Haec quum ita sint, *remediis solventius* et *resolventibus* standum, quae ubi nil proınt, res conclamata. Inter dicta remedia emient: *mercurius*[12]), minimis, sed, nisi aegri conitutio adversetur, diu continuatis dosibus, sub ırma aut *calomel*[13]), aut *unguenti*[14]), porrectus; *ctractum graminis liquidum*[15]); *sapo medicinas*[16]); *aquae thermales*, ferro destitutae, salibus prae-

9) „*Sie schaden mehrentheils unendlich.*" Bleuland l. c. p. 105.

10) Verisimiliter ventriculum ad obstaculum vincendum excitando.

11) Centies saltem et ultra, hoc pharmacum adhibui incassum, et aliquando cum damno.

12) Vivus si extraneum obstaculum circa pylorum debellandum, aut nummus per *amalgamationem* solvendus foret. (Morgagni l. c. epist. XXX. 13).

13) Tertia grani pars de die.

14) R. Unguenti Althaeae uncias duas. Unguenti mercurialis drachmas duas. Camphorae scrupulum semis. Illiniatur quotidie ad nucis avellanae magnitudinem sub epigastrio.

15) Mellago graminis, ad unciam semis nychthemeri spatio.

16) R. Saponis medicinalis unciam semis. Extracti aloes aquosi drachmam semis. Extracti graminis unciam. Misce, fiant pilulae ponderis granorum trium. Consperge pulvere radicis ireos florentinae. D. S. Bis de die pro quinque.

praeditae[17]; et maxime *clysteres viscerales*[18], dummodo haemorrhoides inde non irritentur. Verum et ab hisce auxiliis abstinendum, si vel ex longinquo signa, transitum scirrhi in cancrum indicantia adpareant. Ad transitum ejusmodi in genere praepediendum commendamus *abstinentiam a pharmacis*[19], *victum tenuem nutrientem*[20], *balnea tepida*, *fonticulum* aut *setaceum* prope locum affectum, et, si inconsueta hîc obveniat irritatio, *hirudines* ad epigastrium vel ad anum[21]. *Declarato jam cancro, lac*[22], ejus *cremor subacidulus*[23], succus *daucae carotae*, aut qualiscunque demum ab aegroto desideratus cibus[24], *clysteres nutrientes* et *opium*[25].

Caput

---

17) Part. I. Vol. I. sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. 27. 2dae editionis.

18) Part. II. Vol. I. sect. II. cap. XVII. §. LXXVII. 5.

19) Valent hîc plura egregii Galbiati monita: *intorno ad alcune malattie che non si devono curare;* — (Omodei *annali universali di medicina* 1833. *Ottobre e Novembre.* p. 318).

20) Sane non inediam, uti Cruveilhier suadere videtur, aiens: „*le repos de l'estomac c'est la diète*" l. c.

21) Inconsultum quidem videtur aegrum jam jam exhaustum, cruoris evacuatione magis magisque exhaurire; ast inanitio, cruciatibus a cancro, anteponenda.

22) Tissot *Abhandl. von den Nervenkr. B.* 2. *Kap.* 10.

23) Plurimis aegrotis meis, inter alios vetulae obstetrici Vilnensi (Marianowa) ex cancro ventriculi miserrime defunctae, maximo solatio fuit.

24) Puta *ostreae*, ut apud Cruveilhier (l. c.) et Hecker (*literar. Annalen der gesammten Heilk.* 1827. *Juni.* p.

Caput XXVII.

De perforatione ventriculi.

§. CVII.

Notio. Ordo rerum.

1. Oblatam in tractatibus de ventriculi do- Notio.
re, inflammatione, gangraena, suppuratione,
tula, marcore et carcinomate, opportunitatem
ejus *perforatione, erosione, laceratione* (*Gastro-
osis, Diabrosis*) loquendi, consulto omisimus;
opo, notiones huc spectantes, *uno* capite colle-
as, ut generalis illarum habeatur conspectus,
dendi.

2. Quum hoc in opere exposceretur *rerum* Ordo rerum.
do, eum circiter secuti sumus quem Alibert [1]),
rcy et Laurent [2]), Rauch [3]), Richter [4]), Bek-
ker [5]),

244). Cfr. Pasquier *sur les huitres considérées comme aliment et comme médicament*; in *Journal universel des sciences médicales. An.* 4. *No.* 39. 1819. *Mars.* p. 340.

25) Sub forma praecipue *clysterum.*

1) *Nosologie naturelle. Paris* 1807. Trophopathiarum genus XIImum.

2) *Dictionnaire des sciences médicales. T.* 40. *Article perforation.* p. 314—341.

3) *Vermischte Abhandlungen aus dem Gebiete der Heilkunde; von einer Gesellschaft prakt. Aerzte zu St. Petersburg. Zweyte Samml. Petersburg* 1823. p. 166.

KER [5]), ABERCROMBIE [6]) indicarunt; caeterum a nosologorum disceptationibus alieni [7]).

§. CVIII.

Variae species.

Divisio. 1. *Gastrobrosis* dividitur in *g. per accidens* et in *g. spontaneam.*

Subdivisio. 2. *Gastrobrosis per accidens* subdividitur prout ex *caussis* vel *externis* vel *internis* ortum trahit.

G. extern. 3. *Gastrobrosis per accidens a caussis externis* gignitur a ventriculi vulneribus [1]) et contusionibus [2]), per lapsum [3]), nisum in pondere elevando [4]) etc. [5]), conditio foraminis, saepius rima seu scissura.

4. *Ga-*

4) HORN's *Archiv für medicinische Erfahrung. Jahrg.* 1824. *September. October.* p. 212.

5) HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk. B.* 64. 1827. *St.* 4. *April.* p. 37. sq.

6) *Untersuch. über die Krankh. des Magens. Aus d. Engl. Bremen* 1830. p. 26 sq.

7) Ordo, adminiculum est, doctrinam non constituens: haec in rebus et monitis locata.

1) Cap. XXIII. §. XCIII. 2.

2) Gastrobrosis violenta, laceratio ventriculi.

3) Ephemer. acad. nat. curios. cent. I et II. obs. 151. et cent. IX. obs. 91; — ACRELL *Neue Abhandl. der k. schwedischen Akademie der Wissenschaften auf das Jahr* 1788. Cfr. RICHTER's *chirurgisch. Bibliothek. B.* 12. *St.* 3. p. 403; — BECKER l. c. p. 39.

4) BURTON BROWN in *The London medical repository. Vol.* 17. *No.* 98. Cfr. GERSON *Magazin der ausl. Liter. der gesammt. Heilk. B.* 3. p. 447; et, *Medic. chir. Zeitung. Inspr.* 1823. *B.* 2. p. 104.

4. *Gastrobrosis per accidens a caussis internis* G. inter. ›servata est a nisu sub partu laborioso [6]), a ster- ıtatione [7]), a vomitu [8]), ab intemperantia cibo- ım et potus [9]), ab evolutione repentina gaz in ɜntriculo, uti inter animalia [10]) sic in homini- ıs [11]), ab esu brassicae acescentis [12]), uva- ım [13]), prunorum [14]), pomorum maturitatem non ad-

5) De perforatione ventriculi sub exercitiis funambuli narrat B. Travers in *Medico-chirurgical transactions. Vol.* 8. p. 228.

6) Chaussier teste Percy et Laurent l. c. p. 328. 332.

7) Duparcque in *Journ. de médec. pratique par* Gendrin *T.* 4. 1831. *Avril.* p. 30 et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 40. p. 62.

8) Cfr. cap. VII. §. XXI. 3; — Vetter *Aphor. aus der pathol. Anatomie.* p. 165; — H. Weeke's *Ruptur des Magens in Folge von Erbrechen*, ex *London medical and physical Journ. Septemb.* 1828, in Horn's *Archiv. Jahrg.* 1828. p. 684.

9) Moscati *indice dei discorsi anatomici. Milano* 1768. p. 45; — Barzelotti in *Opuscoli scielti di Milano. T.* 19; — Chevalier in *Medico-chirurgical transactions. Vol.* 5. *London* 1814. *No.* 7.

10) Part. III. Vol. II. sect. I. cap. De affectionibus flatulentis.

11) Wind ex *Harlemer Abhandl. B.* 8. *St.* 2; in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 2. *St.* 1. p. 133; — Laisné *considérations medico-légales sur les érosions et perforations spontanées de l'estomac. Paris.* 1819; Vers. germ. in Henke *Zeitschrift für die Staats-Arzneykunde.* 5*ter Ergänzungsheft* 1826, et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 38. p. 630.

12) Acrell l. c.

13) Rhodius observ. cent. II. obs. 53.

14) Frank Prax. III. I. 2.

adeptorum[15]), a potatione frigida aestuante corpore[16]), ab ingestis vulnerantibus[17]) et praecipue a venenis[18]), forte a vermibus intestinalibus[19]), vix, ut putant[20]), a spasmo. Foraminis hisce in casibus margines esse solent inaequales, denticulati plus minusve inflammati[21]).

G. spontanea. 5. *Gastrobrosis spontanea*[22]) originem trahit a ventriculi *gangraena, ulcere simplici, carcinomate, attenuatione*, et *marcore*.

G. a gangraena. 6. Ubi gastritis, praesertim erysipelacea, febrium malignarum comes et anthraci affinis, in gan-

14) R. J. Camerarius in Ephem. acad. nat. curios. T. III. obs. 43. p. 62.

15) Richter *chirurg. Biblioth. B.* 12. p. 401.

16) Majorlin apud Percy et Laurent l. c. p. 326

17) Cap. XXIII. §. XCI. 2.

18) Gastrobrosis venenata seu toxica.

19) De quaestione: utrum vermes tubum intestinalem in homine vivente perforare queant nec ne? Vide Part. III. Vol. II. sect. I. cap. de vermibus intestinalibus.

20) Griffith in *London medical and physic. Journ.* 1825. *April*; — *Journ. général de médecine. T.* 76 (15*ème de la* 2*de série*); *Août No.* 297. p. 145.

21) Rauch l. c. p. 169.

22) Gérard *perforations spontanées de l'estomac. Paris* 1803; — Laisné l. c.; — Roux *quelques considérations sur les perforations spontanées de l'estomac. Paris* 1823; — Pichot *perforations spontanées de l'estomac*, in *Bulletin de la société médicale d'émulation de Paris.* 1824; — Crampton *Medical chirurg. transact. Vol.* 8. *Part.* 1. — Pistolet in *Revue médicale.* 1828. *Juin.* p. 467; — M. J. Zartmann diss. de perforatione ventriculi e causis internis seu spontaneis, Berol. 1829.

angraenam inprimis partialem desinit[23]), ex secessu escharae facile *perforatio* membranarum ventriculi, marginibus plus minus inflammatis, pro e nata, attenuatis, laxis, callosis, sphacelosis[24]), elinquitur, — *gastrobrosis gangraenosa*[25]).

7. Longe saepius ventriculi aut suppuratio[26]), G. ab ulcere simpl. ut erosio[27]), gastritidis sive acutae sive chronicae exitus, membranarum illius visceris *perforaoni*, variae magnitudinis et formae[28]), ansam orrigit, — *gastrobrosis ulcerosa*[29]).

23) Cap. XXIII. §. XCIII. 6. 24) RAUCH l. c. p. 167.

25) Testantur de ea: VAN HELMONT tumulus pestis p. 842; — BONET sepulchret. T. II. p. 22; — SWIETEN commentar. in aphor. Boerhaave. T. III. §. 951; — AILHAUD *Mém. de la société R. de médec.* 1786. p. 153. et *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 15. p. 624; — SANTESSON in *Samml. neuer Abhandl. der schwedisch. Akadem. der Wissenschaften auf das Jahr* 1790. *B.* 11. *Leipz.* 1792; — REIL *Archiv für die Physiologie. B.* 4. p. 379; — MORIN *considérations générales sur l'érosion*; — SIEBOLD *Journal der Geburtshülfe. B.* 5. *St.* 1. *No.* 1; — LARREY in *Journ. de médec. chir. et pharmac. T.* 16. p. 25; — BELLOT D'ABBEVILE ibid. et *Dict. des scienc. médicales* l. c. p. 323; — CHAUSSIER in *Bulletin de la soc. de la faculté de méd.* 1810; — SPEDALIERI *riflessioni sopra una straordinaria rottura dello stomaco. Pavia* 1816; — LAISNÉ l. c. et *Revue médicale. T. I. Paris* 1825. *Janvier*; — HAVILAND in FRORIEP'S *Notizen aus dem Gebiete der Natur und Heilk. B.* 4. *No.* 5.

26) Cap. XXIV. §. XCV. 27) Cap. XXIII. §. XCII. 11.

28) A dimidia linea ad plures pollices.

29) Recensent ejusmodi exempla SALMUTH observ. cent. I. obs. 43; — MERKLINUS Miscell. med. phys. germ. dec. I. ann. 2. obs. 229; — HOLLERIUS schol. ad caput XLIII. de

G. a carcinomate.

8. Aliàs ventriculi tubercula et tumores in suppurationem abeuntes [30]), et, frequentissime, scirrhus in cancrum transiens [31]), illius *perforant* membranas, — *gastrobrosis carcinomatica.*

9. Ven-

morbis ventriculi; — FORESTUS obs. lib. XVIII. obs. 33; — SCULTETUS armament. chirurg. obs. 80. fol. 296; — DODONAEUS obs. med. cap. 25. fol. 61; — HILDANUS obs. cent. III. obs. 20; — BORELLUS observ. cent. I. obs. 54; — WILD in Epistolis ab eruditis viris ad HALLERUM scriptis. Part. I. p. 527; — HOUSSET ibid. P. IV. p. 55; — THOM *Erfahrungen und Bemerk. aus der Arzney-, Wundarzn.- und Entbindungswissenschaften. Frankf. a. M.* 1799. p. 103; — GÉRARD l. c.; — ROUX l. c.; — TRAVERS l. c.; — ANDRAL in FRORIEP's *Notizen. B.* 8. *No.* 17. p. 212; — ELLIOT in *Medico chirurg. transact. Vol.* 13. *P.* 1. *Lond.* 1825. et HECKER *litterärische Annalen der gesammt. Heilk.* 1826. *März.* p. 383; — SPITTA *das medicinische Klinikum in Rostok.* 1828. 1*ter Bericht.*

30) BRUGUIERE in DESSAULT *Journ. de chirurg. T.* 1. *No.* 13; — KEPPELHOUT sectiones cadaverum patologicae. Lugd. Bat. 1805. p. 3; — LÉVEILLÉ in *Revue médicale Août* 1826. et FRORIEP *Notiz. B.* 15. *No.* 9. p. 142; — BARZELLOTI *sulla natura di un tumore nato e lentamente sviluppato nella pariete del ventricolo, per la suppurazione del quale nacque la perforazione di esso e la morte dell' individuo;* in OMODEI *annali universali di medicina.* 1818. *Giugno.*

31) Casus nonnulli proprii similes sunt descriptis a R. WHYTT *Beobacht. über Nervenkrankh. A. d. Engl. Leipz.* 1766; — GEOFFROY *Mémoires de la soc. R. de médec.* 1780. p. 162; — UEBERLACHER *medicinisch. Archiv von Wien u. Oesterreich. v. Jahr* 1800; — SCHENK in HUFELAND's *Journal. B.* 27. *St.* 1. p. 85; — SCHAEFFER ibid. *B.* 42. *St.* 4. p. 18; — LITHELL *Svenska Läkare Sällskapets Handlingi* 1820. et *Medicinisch-chir. Zeitung. Insp.* 1822. *B.* 3. p. 359;

9. Ventriculum vel in toto suo ambitu vel parte (puta propter praegressum ulcus, aut in-rmam cicatricem, aut vasorum lymphaticorum ectam vim[32])) *attenuatum*[33]), prae firmo, tam ontinuante actione caussae attenuationis, quam pervenientibus aliis perforationis caussis[34]), ad *istrobrosin* dispositum esse, sana ratio suggerit experientia confirmat[35]). Foramen hoc in casu ple- G. ex attenuat.

— *Napoleon Bonaparte's merkwürdige Krankengeschichte und Leichenöffn.* — ANTOMARCHI *Denkwürdigkeiten über die letzten Lebensjahre Napoleon's Th.* 2. p. 92; — *Napoleon Bonaparte's Krankheit, Tod und Leiche. Nach dem Berichte von* ARNOTT. *A. d. Engl. Leipz.* 1823. p. 25; — WORKMAN in *The London medical repository. By* COPLAND. *London* 1823. *Vol.* 19. *No.* 3; — TASSARA *Beobachtungen und Abhandl. aus dem Gebiete der gesammt. Heilk. Von einer Gesellschaft österr. Aerzte. B.* 4. *Wien* 1824; — ABERCROMBIE in *The Edinburgh medic. and surg. Journ.* 1824. *No.* 78. p. 1. et *Pathologische Untersuchungen über die Krankh. des Magens.* p. 46; — *Medicinische Zeitung. Herausgegeben von dem Verein für Heilk. in Preussen.* 1*ter Jahrgang.* 1832. *No.* 13. 3. c.

32) CRUIKSHANK *anatomy of the absorbing vessels.* p. 113.

33) Cap. XV. §. LI. 3.

34) No. 3. 4.

35) SCHENK obs. sect. II. lib. III. p. 135; — Miscell. acad. nat. curios. dec. I. ann. 7. obs. 177; — *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* 13. p. 385; — VETTER *Aphoris. aus der pathol. Anat.* p. 164. — RAUCH l. c.; — TRINIUS *Vermischte Abhandl. von einer Gesellschaft pr. Aerzte zu St. Petersburg. Dritte Samml.*; — GISTREN in HUFELAND's *Journ. B.* 33. *July.* p. 121; — GASTELLIER in *Journ. de médec. par* LEROUX. 1815. *Mai.* et *Medic. chirurg. Zeit. Insp.* 1815. *B.* 4. p. 275; — COSTE in *The London medi-*

plerumque rotundum, veluti cultro exscissum, margines levigati, et membranae visceris utplurimum non inflammatae, cernuntur[36]).

G. ex marcore. 10. Major adhuc ad perforationem proclivitas, in ventriculo scorbutico[37]) aut alio *marcore* confecto, expectanda est. En cur observationes de *gastrobrosi ex marcore*, illis gastromalaciae intertextae inveniuntur[38]), et perforationes ventriculi absque marcore, ut peculiariter memorabiles describuntur[39]).

§. CIX.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata. 1. Gastrobrosis spontanea (saltem ea quae extra morborum acutorum confinia locata est) per annos saepe multos, a cardialgiis et vomitibus, periodice recurrentibus, praecedi solet. Tandem de improviso paroxysmus, antecedentium omnium gravissimus ingruit: dolor enim epigastrii, jam humanae tolerantiae limites excedit, et aeger,

cal repository by Copland. *Vol.* 20. 1823. p. 117; — Rust *kritisch. Repertor. der gesammt. Heilk. B.* 2. p. 315.

36) Rauch l. c. p. 170.

37) Winter *über das Wesen der spontanen Perforation des Magens*; in Henke *Zeitschr. der Staatsarzneyk. Jahrg.* 19. *B.* 17. *No.* 15.

38) Cap. XXV. §. XCIX. 6.

39) Ebermaier *über die Krankheit des Magens, welche regelmässige Durchlöcherung seiner nicht erweichten Häute herbeiführt.* Rust *Magazin für die gesammt. Heilk. B.* 26. *St.* 1. p. 43; — Wittke *regelmässige Durchlöcherung der nicht erweichten Häute.* Ibid. *B.* 28. *Heft* 1. p. 83.

ger, solum aliquando prostratus [1]), se moritu-
m declarat. Vomitus modo aut in vomendi
ntum conatus convertitur [2]); aut cum rejectione
erimae materiae, vel ipsius sanguinis [3]) contin-
t. Superaccedunt porro insoliti dolores a dorso
l scapulas [4]), vel ad lumbos [5]) extensi, nec non
iversi ventris (interdum extemplo meteorismo
ehensi [6])) immanes cruciatus [7]), musculis abdomi-
libus simul ita contractis, ut columnam verte-
alem adtingere videantur [8]). Interea facies de-
rmatur, inquietudo et anxietas (sub qua aegri
igastrium perfricant [9])) urgent; frigus extremi-
tes tam superiores quam inferiores, quidquod
iversum corpus invadit, pulsus fit utplurimum [10])
fre-

1) Ebermaier, Gérard, Becker ll. cc.

2) Desgranges l. c.

3) Bang in Actis R. soc. Havniensis. T. I. p. 280; — Baron in *Mémoires de l'acad. des sciences. T. I;* — Nordbald in *Års-Berättelse om Swenska Läkare-Sällskapets Arbeten.* 1826.

4) Desgranges, Crampton ll. cc.

5) Circa renem sinistrum, etsi sanum. Abercrombie in *The Edinburgh med. and surgical Journ. January* 1824. p. 67.

6) D'Henouville in *Auserl. Abhandl. der Pariser Akadem. der Wissenschaft. A. d. Fr. Leipz. Th.* 2. p. 319; et Vogel *neue med. Bibliothek. B.* 1. p. 319; — Friese *Museum der Heilk. B.* 4. p. 82; — Becker l. c.

7) Mole *über eine besondere Krankheit des Magens,* ex *Medical and physical Journ. Vol.* 13. in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* 23.

8) Gérard, Crampton, Travers ll. cc.

9) Abercrombie l. c.

10) Travers (l. c.) de pulsu normali testatur.

frequens, contractus, parvus[11]); urina (aliàs retenta[12])) una cum faecibus involuntarie secedit, — haecque omnia perstantibus animi facultatibus. Praeter generalia ista symptomata, in singulis aegrotis observata fuere: sitis inexplebilis[13]); desiderium assumto potu supine decumbendi[14]); lipothymiae periculum sub erectione trunci[15]); decubitus super ventrem[16]), vel, corpore in latus dextrum incurvato[17]); sensus ac si extranei quid in abdomine, conversionem proprii corporis in alterutrum latus sequeretur[18]); perceptio rei sese in intestinis volutantis[19]). In aegroto quodam, sub certis et determinatis corporis sui positionibus, ex abdomine rumor, stillicidio aequiparandus, prodibat[20]).

Necroscopia. 2. Secto post mortem[21]) peritonaei, saepe inflammati[22]), cavo, obviam venere gaz foetidum[23]),

11) Gérard, Pichot ll. cc. 12) Friese l. c.
13) Becker l. c. 14) Desgranges l. c.
15) Crampton l. c. 16) Becker l. c.
17) Bellot d'Abbeville l. c. 18) Trinius l. c.
19) Ebermaier l. c.
20) Hennemann *Fall von Gastrobrose die ein bisher unerhörtes Symptom begleitete* („*Das Geräusch als fielen in Zwischenzeiten von* 2 *bis* 3 *Secunden Tropfen aus einer Dachrinne in das untergestellte Gefäss*") in *Beyträge mecklenburgischer Aerzte zur Medic. und Chirurg.* 1830. *B.* 1. *Heft* 2. p. 148.
21) J. H. Wenzel diss. de foraminibus post mortem in ventriculo inventis. Goett. 1818.
22) J. Moore *Physic. and med. Journ.* 1801. p. 728; — Abercrombie l. c.

um[23]), ichor[24]), res prius in ventriculo con-
ntae[25]), vermes[26]), vel etiam nihil[27]). *Ven-
iculus* pro re nata erat magnus, collapsus, va-
ius, repletus, cum foramine diametri pollicum
norum cum dimidio, marginibns attenuatis, den-
tis et nigris, in fundo ad superficiem anterio-
m et superiorem[28]); — cum foramine trans-
erso[29]) longitudinis fere trium pollicum, ad
irvam curvaturam; — cum foramine trium di-
torum prope insertionem vasorum brevium[30]);
· cum foraminibus duobus rotundis, ac si ictui
obulorum sclopetariorum originem deberent[31]);
· cum foramine quatuor pollicum ad parietem
iteriorem prope cardiam, cum fissura trium pol-
cum in pariete posteriore, cumque duabus fissu-
s pollicis unius et sesqui-pollicis ad curvaturam
majo-

23) Duparcque l. c.

24) Crampton, Mole, Ebermaier, Becker ll. cc.; — Peters in Hufeland's *Journ. B.* 54. 1822. *St.* 3. p. 13.

25) Schobinger in Epistol. ad Hallerum scriptis. T. III; — Weekes l. c.

26) Crampton *Fall einer Durchlöcherung des Magens und des Durchganges eines Spulwurms in die Bauchhöhle.* Ex *Dublin medical transactions. Vol. I. P. I. New series*, in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* 40. *St.* 1. p. 76.

27) Mercklin apud Bonet sepulchr. obs. 48; — Comment. acad. Imper. Petropolitan. T. VII; — Morgagni epist. XXIX. 14. 15. — *Medicinisch-chirurg. Zeitung. Inspr.* 1816. *B.* 2. p. 29; — Errat itaque B. Travers asserendo (l. c.) extravasatum in peritonaei cavo nunquam desiderari.

28) Ailhaud l. c. 29) Spedalieri l. c.

30) Moscati l. c. 31) Gastellier l. c.

majorem, sine membranarum mollitie [32]); — cum foramine, fere pollicis, marginibus callosis, ad curvaturam minorem in omentum minus penetrans, viscere caeterum normali [33]); — cum foramine magnitudinis dimidii circiter pollicis, marginibus regularibus, glabris, incrassatis, ad parietem anteriorem prope hepar, quod foramen a corpore fibroso, veluti lacinia pendula circumdabatur obturabaturque [34]); — cum foraminibus duobus, altero trium quadrantium pollicis prope cardiam, altero in parte opposita, marginibus glabris, et ac si a cicatricibus ruptis orta essent [35]); — cum foramine rotundo, lineae unius et semis, prope cardiam, ad curvaturam minorem [36]); — cum foramine sex et ultra linearum, marginibus callosis, ad partem dextram anteriorem curvaturae minoris [37]); — cum foramine sesqui lineae, veluti exciso, sine notis inflammatoriis [38]); — cum foramine uno, pollicis cum dimidio ad parietem anteriorem, et altero, linearum novem orbiculari, sub curvatura minore, membranis caeterum firmis [39]); — cum foramine per erosum diaphragma cum pectoris cavo commercium alente [40]); — cum foraminibus duobus rotundis, altero pollicis circumferentiae in viciniis pylori scirrhosi [41]); — cum

32) Weekes l. c. 33) Peters l. c.

34) Ebermaier l. c. Cfr. Horn's *Archiv. Jahrg.* 1828. *Sept. Oct.*

35) Mole l. c. 36) Duparcque l. c. 37) Baron l. c.

38) Gérard l. c. 39) Desgranges l. c.

40) Rust *Repertorium. B.* 2. p. 15. et Larrey l. c.

ım foramine pollicis circa pylorum et adhaesio-
bus morbosi stomachi cum partibus contiguis [42]);
· cum foramine fere rotundo in curvatura ma-
ıa ad distantiam pollicum trium cum dimidio a
yloro, cum istius et intestini duodeni interna
flammatione [43]); — cum foramine fere orbicu-
ri, trium pollicum et dimidii, ad curvaturam
agnam, una cum membranarum marcore [44]); —
ım foramine magnitudinis capitis acus in medio
entriculo [45]); — cum duobus foraminibus in cen-
o stomachi, sibi in parietibus anterioribus et
osterioribus oppositis, viscere caeterum sano, et
ım intestino colon nexum habente [46]); — cum
t foraminulis, ut membranae, marcore con-
ctae, cribriformes adparuerint [47]). Ad gastro-
rosin non spectat sed silentio hîc non est prae-
reundus casus, ubi res in ventriculo contentae,
bi viam in cavum abdominis per rimam inter
ylorum et intestinum duodenum pararunt [48]).

§. CX.

Caussae. Diagnosis.

1. Gastrobrosin terminum plurimorum mor- Caussae.
orum sistere, ex specierum [1]) consideratione elucet.

41) Rauch l. c. 42) Trinius l. c. 43) Becker l. c.
44) Becker l. c. 45) Nordblad l. c. 46) Wittke l. c.
47) Ballonius paradigmata. No. 144; — Rahn *Briefwechsel mit dessen ehemaligen Schülern. Zweite Samml. Zürich* 1790. p. 451.
48) Rahn *Briefwechsel. Zweyte Samml.* p. 440.
1) §. CVIII.

cet. Inter morbos illos gastritidem, acutam aeque ac lentam, inprimis eam quae a caussis traumaticis [2]), rheumaticis et arthriticis [3]) gignitur, nec non cancrum, indole sua rodentem, primarios occupare locos, in propatulo est. Accedunt corporis, praecipue infantilis [4]), feminei [5]), constitutio gracilis, atque chlorosis et scorbutus, gastrobrosi, praesertim per accidens [6]), viam parantes.

Diagnosis. 2. Repentina virium resolutio, sensus laesionis internae mortalis, dolor atrocissimus epigastrii, conatus vomendi aut vomitus, faciei subitanea mutatio, frigus extremitatum, pulsuum exilitas, cum necessitate determinatam corporis positionem servandi, sat certe *gastrobrosin* indicarent; nisi similia plus minus symptomata comitarentur etiam *haemorrhagias internas* [7]); *rupturas cordis, aortae* (ubi grumus sanguinis aut massa polyposa ad locum affectum mortem extemplo impediunt [8])), *vesicae felleae* [9]), et *abscessuum hepatis* [10]); *perforationem intestinorum* [11]), et praecipue

2) Henkel *neue medic. und chirurg. Anmerk. Erste Samml. Berlin.* 1769.

3) Trinius, Wittke, Majorlin ll. cc.

4) Rust *Repertorium. B.* 2. p. 315.

5) Mole, Desgranges, Ebermaier, Becker ll. cc.

6) §. CVIII. 3. 4.

7) P. II. Vol. II. sect. II. cap. XX. §. LXXXVII. 2.

8) Ibid. cap. XIII. §. LIV. 3. Historia morbi.

9) P. III. Vol. II. sect. II. Cap. de morbis vesiculae felleae.

10) Ibid. cap. de morbis hepatis.

11) P. III. Vol. II. sect. I. cap. De perforatione intestinorum.

ue *lacerationem tubarum aut ovariorum in gravi-itate extra-uterina*[12]). Oportet itaque simul iorborum praegressorum rationem habere. Quodsi ymptomata recensita in homine antea sano in onspectum venirent, *veneni* suspicio sese obtru-eret. Sequeretur inde necessitas materias aut omitu rejectas, aut post mortem in ventriculo el in cavo peritonaei repertas, analysi chemicae ubmittendi[13]), ac conditionem loci perforati ac artium contiguarum exacte eruendi. Horribilis ine est cogitatio, potuisse quondam ex confu-ione perforationis spontaneae ventriculi cum ga-robrosi toxicâ, veneficii suspicionem cum terri-ilibus consequentiis homines innocentes adtin-ere[14]); sed nec consolatoria est illa, hodiedum ex

12) Heim in Horn's *Archiv*. 1812. *Jan. Feb.* p. 1; — Becker l. c.

13) Cap. XXIII. §. XCII. 7.

14) Memorabile hoc argumentum illustrarunt: Pyl *Aufsätze und Beobachtungen aus der gerichtlichen Arzneyk. B.* 1. p. 62; — Tartra *traité de l'empoisonnement par l'acide nitrique. Paris* 1802; — Wendelstaedt *über die Beurtheilung der bei Sectionen vorgefundenen Flecken im Magen* in Kopp's *Jahrbücher der Staatsarzneyk. Jahrg.* 2. p. 169. et *Medic.-chirurg. Zeitung. Salzb.* 1810. *B.* 2. p. 124; — Portal in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. B.* 23. p. 137; — Beddoes in *Medical and physical Journ. continuated by Dr.* Bradley *and* Adams. 1808; — Roloff apud Kopp l. c. *Jahrg.* 7. p. 172; — Hohnbaum in Harless *Jahrb. der Teutsch. Med. und Chirurg. B.* 3. *St.* 1. *No.* 5; — Laisné l. c.; — Percy et Laurent l. c.; — Winter l. c.

ex opposito errore, cives legum protectioni dignos detrimentum capere posse.

§. CXI.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Cognita modo gastrobroseos spontaneae doctrinâ, nemo traditam cardialgiae prognosin [1]), pro exaggerata declarabit. Mors interdum improvisa [2]), a qualicunque gastrobrosi, spatio paucarum horarum, aut nonnullorum nychthemerorum expectanda est, prout materiae e ventriculo perforato manantes *plexibus nervorum contiguis* majorem minoremve vim inferunt [3]), aut inflammationem peritonaei et intestinorum ocyus serius excitant. Illarum evacuationi pro tempore obstare possunt viscera vicina [4]), tumores [5]), diverticula [6]), perforationis situs altus [7]) et caussae ignotae [8]).

Cura. 2. Quum medicus spectator ignavus tot aerumnarum esse nequeat, et praeterea gastrobroseos

1) Cap. XIX. §. LXXI. 2.

2) Burton Brown l. c.

3) Si ciborum frustulum nervum dentis adtingens, jam intolerabiles cruciatus excitet; quid ab actione materiarum in ventriculo contentarum super plexum coeliacum expectandum erit?

4) Cap. XXIV. §. XCVIII. 3.

5) F. Pascalis in *Medical repositor. Vol.* 3. *No.* 3. *New-York* 1816; — Ebermaier, Becker ll. cc.

6) Henning in Hufeland's *Journal. B.* 25. *St.* 1. p. 130 (ventriculus loco perforato in saccum desinens); — Portal *cours d'anat. méd. T.* 5. p. 201.

7) Baron l. c. 8) Morgagni epist. XXIX. 14.

eos diagnosis, quid quid dicatur[9]), semper dubium relinquat; *venaesectionem* proponimus, si indicia inflammatoria urgeant et *opium* ad dolores, absentibus istis indiciis, imminuendos. Cur *moxa* ad epigastrium commendata fuerit[10]), ignoramus. Potius haec regio leni mano illinienda, ac demum fovenda, non omissis clysteribus.

9) BECKER l. c.

10) PERCY et LAURENT l. c. p. 333.

ERRATA.

Pag.	Lin.	loco	lege
88	8	sapone	vapore
100	3	pacificum	specificum
120	9	istuc	ictus
139	29	*Godava*	*Godeva*
142	20	secius	serius
183	9	complicato	complicata
664	22	*crops*	*croup*